



colorchecker CLASSIC



xrite



969



1000

e

~~10283~~
1

Réparé à l' atelier de
la bibliothèque en 1973
Mr Perrot - Minnot

XV^{ime} - Sicile 2^o

~~XXXXXX~~

969

969 7^{me} page

Echange en la Bibl. Nationale en 1895

Voir à la fin.



[Handwritten signature]

100

10 p my list

IO. BA. ASCENSIVS BONARVM

litterarũ studiosus Laurentio Burello diuinæ sciētix doc-
tori venerando: ac Carmelitani ordinis præcipuo facile
p̄sidio atq; ornamēto: to- q; litteraturæ delit? salutē dicit

~~1025~~
A.

969

FRANCOIS



Vt magis magisq; Laurēti pa-
ter dulce dec⁹ nostrũ: cãdida tua
facinora aĩo complector: eo mi-
hi vita tua religiosius obseruãda
videt̄. Quicq̄d enim tui rerũq;
tuarum eit: raram quandã mode-
stissimi instituti significacionem
habet. Nam vt taceã quanto in-
genii splendore ineuntē ætatē de-
corasti: qui non fortunæ strepitu

elatus: non diuitum largitionibus obnoxius: sed vt inge-
nium animũ decebat: tuis artibus / tuæq; pulcherrimæ in-
dolis industria fretus: ad sũmum sacre thelogiæ dec⁹ eua-
sisti. Neq; vero aut tãta rerum dexteritate ignauior: at tã
ta dignitatis gloria superior effectus es: sed feruenti sudo-
re: vineã illã christianã: optima quidē opera excoluisti. Siq̄
dē (ne multis molliat) quẽnã toti⁹ galliæ viq; particula quæ
non natiuis cultisq; tuis eloquiis: tuis cãdidis moribus: tu-
aq; ciuili & plane humana vita honesta eniteat? Verũe-
niuro tamen in eo successu mlti pro dignitate honores
oblatis: tamen ne ceptam diuinæ cõtionis prouiciam
desereris: bidētem & sarcula illis prætulisti: declamatorũ
m̄to omnĩũ optimus. Illud vero magis admiror: q; sub tã
tis æstiuũ solis ardoribus: quadragesimali cõtinuata decla-
matione fatigatus: imosi fieri possiet defatigatus: pro reli-
gionis tuæ cõmoditatibus: tam lubenti animo his diebus
romam profectus es: scilicet qui tempu. & quã deo destina-
sti obedientiã longe tua vita pluris faceres. At neq; i ea iti-
nerum fatigatione iparem labori gloriã cõsecutus es. Ne-
mo etenim mediussidius verbis exprimat: quãta obseruantia
romana curia aduentã: ē excepti. orantem audiuit. & docē-
tem argumētantēq; mirata ē: sed quid istic noui? quãdo vt
inquit Valerius. Magno vbiq; precio virt⁹ æstimatur Il



100

lud vero si iusta lace p̄sitauerimus stupendi rationem vice
rit. q̄ eis auctus honoribus:reditū faciens:ab instituto tuo
nisi q̄ aberrasti:verū semper cōmuni cōmoditati cōsulēdo
omnia secretiora italica vt optima quæq; dicendi viuēdiq;
præcepta nobis afferas penetrasti. quo factū ē:vt gallica iu
uētus desiderata olim iam p̄uscula volumina:tuo auspica
tu lectitare possit. atq; (vt alia cōmittam) quo nichil accepti
dei superi nobis dimiserint frequēs q̄ur cōcarmœlitæ tui
Baptistæ mantuanī/a mātuano illo homero facile secūdi
nobis trāsp̄ortasti: Adhoc quibus nihil deserti? nihilq; vti
lius in terris æstimo: Philippi beroaldi viri q̄ clarissimi ora
tiones nobis adduxisti:quas nunc tantoquidem desiderio
perlegimus:quanto olim ipsum docentem Bononiæ pau
cos quidē dies andiuimus. Mira me hercules vis elegātia
rū:mira sētētariū grauitas:mira varietatū iucūditas:mirū
doctrinæ pondus.immēsum deniq; vtilitatis emolumētū
ī ipsīs cōspicitur. Nā tametsi pro maiestate dicendi:primā
oratoris gloriam. Cicero nimirū sibi vendicet:si tñad tē
pestatem nostram res̄ exeris:neq; Tullii orationes:neq;
laudatissimas Liuii cōtiones: Beroaldus (vt ipse iquit pro
sua modestia) oratiūculis: p̄ætuleris. Nā licet olim dū lati
na lingua vigeret:q̄ eræprecū erat etiam vulgi aīos doctis
cōt̄ionibus demulcere atq; dirigere:nūc tamen quā dō a ne
mine intelligatur. vel Cicero nequicq̄ ad plebem orauerit
Sunt tamen vbiq; gentiū scolasti orum gymnasia:sūt ca
nonicorum cōuenticula:sunt doctissimorum virorum cœ
tus:ad quos quæ de qualibet sciētia & virtute dic̄s ex Be
roaldo nostro excerptere licet. Vbi itaq; tam iuberes lucu
brationes relegerem.inuriarum mihi ipse reus fore vide
bar:si tanta dona vnus secundum te possiderem. Duxi
igitur mearum partium esse impressioni mandarem.vt tua
beneficētia de omnibus æque ac de me mereretur. Cæte
rum cū plurimos imprimendi characteras inēptiores cēserē
q̄ quibus tam conditum opus crederemus. Multosq; aut
in scitia at̄ vecordia iprimētū libros deprauatos mēdosos
q; viderem:paulis̄ per ab icc̄ et̄o moratus sū. Dū egregiā
cādidāq; Iohānis Trechelalmani huiusmodi artis peri
tissimi famā: oīm testimonio laudatē intelligerem:scirēq;

ipsū italicā litterā paratā habere: qua tertius castigatusq;
opus hoc imprimi posset. Tradidimus igitur te susfragāte
Beroaldina eloquia rurius imprimenda/que prope diem
tui auspicii dexteritate in omnes gallice extremitates trās
fundentur. Quo quidem beneficio omnes mortales tuæ
paterntati obnoxios feceris. Statui tamen ne qui imme-
mores sint hoc carmine ineptulo lectores amonitos habe-
re. Vale honos noster Luduni ad.vii. kalendas Augusti
Anno. M.cccc.xcii.

Io. Ba. Aicencius Lectoribus salutem dicit

DAlladiæ mētes: melior ps ætheris alti
Aspicite hec oculis aurea dona bonis
Nō etenī legitis mediocri pta labore
Pro quibus egregij tanta tulere viri.

Sæpe quidē viuos Beroaldus roserat vngues

Quam potuit numeris hæc sociare suis.

Sæpe liquet græcos voluisse & læpe latinos

Equibus excerpfit tot bona verba libros.

Nil si quidē diui: nil inuenerē camœnæ

Quod non ditendī laudibus æquiparet.

At tib' Laurenti Burelle: decus probitatis

Non poterit laudum gloria ferre satis.

Tu si quidem assiduīs horrētes imbrib' alpes

Et solem hæc referens passus es æstiferum

Proinde tuis multos meritīs debem' honores

Gallica qui latio scepra lepore beas.

Nec minus est merita donandus laude lohēs

Trechsel: qui ære suo multiplicauit opus.

Gratis ergo animis iuuenes properate senesq;

Discite ab italicō verba latīna viro.



Philipp⁹ Beroald⁹ Martino Boemo discipulo suo.

Collegi nuper oratiunculās nonnullas variis amē
tēporibus & argumentis concinatas. easq; te im
pulsore tradidi impressoribus imprimēdas: quæ
fortassis tutius intra chartaceam meam supelle
ctilem delituissent sicuti prius situ puluere obrutæ de li
tescebant. Sed mos gerendus fuit tibi id a me petitionibus
prope quotidianis efflagranti: quem mei nominis amantiſ
simum meæq; (quātulacūq; est) eruditionis studiosissimū
cognoui. Et sane tu vnus in primis id facis quod faciendū
doctissimi scriptores præceperunt: Vt præceptorē non mi
nus quam ipsa studia ames: eumq; ad patris vicem colas:
qui & ipse animorum parens merito nūcupari potest. Nā
sicuti parentes filiorum corpora effigiant. Ita præceptor
discipulorum mentes format. quæ res tanto præciosior vi
deri solet quāto homo interior homine est exteriore præ
stancior. Tu vero per te quo cepisti mi Martine inter sco
lasticos transmōtanos probatissime: & litterarū studiis pro
ut facis vigilanter incumbere. Enimuero suauissimi tui mo
res. Ingenii specimen. Naturæ docilitas & auiditas in ex
austa discendi spondent talem te futurum: vt quādo cūq;
in patriam repedare destinaueris domuitionemq; capesse
re: possis tecum cum cultu nitoreq; italicorum gemino o
pulentiam quoq; litterarum in Boemiam reportare. Hic
autem libellus vt opinor neq; tibi neq; tui similibus sorde
scet propter rerum quas continet non iniucundam varie
tatem. **Va.** & dilige doctorem.

4

Philipi Beroaldi Bononiensis oratio habita in enarratione Georgici carminis atq; trāquilli: qua laus rei rusticæ cōtinetur.

DRudentis litterarum professoris officium est viri prestatissimi verba rebus quas tractaturus est accommodare & orationem illis applicare scriptoribus quos est enarraturus. Vt scilicet talis sit prima oratio qualis est rerum explicandarum futura materia. Et quemadmodum ille ineptus dicitur esse precator qui aquam a libero vinum precatur a nymphis: ita præposterus ille videri potest enarrator: qui in principio suarum enarrationū vagatur extra propositum, & dum āphoram facere debet vicecum format. Nec immerito vet⁹ ille vituperatur orator qui cum diserte diceret & volubilitate verborum raperetur causam omnino non tangebāt: unde prudens auditor & iudex bñ inquit & bene. sed quorsus istud tuum tam bñ? Nos igitur ne ab officio boni professoris discederem⁹ ea hodierno die dicere istituimus quæ a gricolationis Virgilio & historiæ scriptori trāquillo sint accommodata. Quæ dū a nobis explicantur: vos oīs queso vt benigne attēteq; audiatīs: Nec iuīti sex qui horā officio litteratorio ipartiatīs: Ea enim vt sp⁹ audietis quæ voluptati vobis sit audiuisse. Et vtilitati meminisse. Vitæ hoīs traditæ sūt duæ. Rustica & urbana. Quæ quēadmodū loco distinctæ sūt: ita tēporis īteruallo separatæ. Lōge enim ātiq; rustica ē. Cū rura diu āte vrbes iuētas hoīes conluerit: & imēso ānorū numero agricolæ vrbānis āncellūt. nec mirū. Cū diuīa natura dederit agros ars hūana ædificauerit vrbes: Ipsā vero rusticā vitā eruditissī bifariā diuiserūt videlicet ī pastoriciā & agriculturā. Alia enī sciētia coloni ē. Alia pastoris. neq; idē sūt pastio & agricolatio. Quæ ab exiguis pfecta priordis ad id dignitatis pcessit vt rustici vrbānis pponerēt. vt apud veteres romanos rusticæ trib⁹ laudatissimæ iudicarētur: Vrbāne vero ignominiosæ. Et apud ātiq;os græcos illustrissimus quisq; pastor erat ex quo alios græco vocabulo polyarnas alios polymelas alios polybutas vocitarūt. a. mltitudie videlicet agnorū

a.iiii

ouis ac boum. Romani cum virum bonū laudabāt eum bonum agricolam bonūq; colonū appellitabāt. Amplissime enī laudari extimabatur qui ita laudabatur. In tāto deniq; honore tātaq; æstimatione apud p̄sicos fuit rustificatio vt imperatores romanos non puderet manibus triūphalib; colere agros: tractare semia: Disponere arbuta: & eadē diligētia metiri arua qua castra & eadē cura exercere ligones & satcula qua gladios & pila: Ipsi proceres vrbis i agris morabātur. Et vt inquit elegiarū scriptor

Centum illi in prato sæpe senatus erat.

& cōsiliū publicū desiderabatur auiliis accersebātur i senatū ex quo viatorib; nomen est iditū senatores ducesq; i vrbem accersentib;. Arāti Cicinato viator attulit dictaturā. Serranum iuenerē serrētē oblati honores. Portius Cato ille Cēsorius & oīm bonarum artium magister agri colēdi studiosissim; fuit & villaticis voluptatibus i primis oblectabatur. Inter externos quoq; Abdolomino agrū colēti regimē Tyriorū vltro traditū ē & vltro oblata sunt regie maiestatis isignia. Præterea nobilissimarū familiarū non aliūde cognomēta sunt q̄ a reb; rusticanis. Nam fabii Lētuli Cicerones a leguminibus quæ quicq; optie ferebat cognomiati sūt: Pisones a pisendo nuncupati. Mæta quoq; noīa habemus veterū Romanorum partī a maiore partī a miore peiore deducta. Nā iunios bubulcos Statilios tauros. Pōponios vitulos cognomiarunt. Et porciū Catones: & ānii capræ inde dicuntur. Quæ etiā Italiā nūcupationē traxisse a vitulis quos græci ātīqui Italos vocabāt: Et romanorū p̄m a pastoribus esse ortum nō nouit. huc adde q̄ ex agricolis gignūtur milites strēnuissī: & optimi Tyrones ex robusta rusticorum iuuetute deligebātur. Firmiora etenī salubrioraq; sunt corpora eorū qui subdio artus roborāt forisq; versātur quā qui i vrbib; itra cōsepta vmbrosa cōsides cōstantur. Ethinc me Hercules ē q̄ græci Romaniq; Tempia Esculapio medicinæ deo extra vrbes ædificabāt. Quia videlicet credebāt fidelius cōstāriusq; illos valituros qui i agris q̄ qui i ciuitatib; habitaret. hic illa veterum romanorum mascula proles agrifibus operibus exercitata & subdialibus durata laborib;

5

bellicos tumultus martialq; exercitationes facile sustinuit & aduers⁹hesternos hostes seper victrix seper iudicta sur rexit. Enimuero tempora illi ita partiebatur Vt nonis tantu dieb⁹ res vrbanas reuilitaret reliquis septē dieb⁹ res rusticas exercerēt. Vnde & mundinaruz conuentus cōstituti Praeterea cū mercatoruz quæst⁹ sit periculof⁹ & calamitosus cū foeneratorum ihonestus & dedecorosus Cum opificum sordidus & illiberalis: Sola ē agricultura ex qua quæstus stabilissim⁹ honestissimulq; cōsequitur mimeq; iudicosus Quā Aristoteles in œconomico potissimam secundum naturā possessionum esse cōmemorat. in qua Catonis oraculum vitē questuosissimā iudicauit. scropha vero pratis primatum bonitatis dedit: a quo antiqui prata parata nominauerūt. Hic locupletes appellati loci hoc ē agri pleni. Et ipsa pecunia ipsumq; peculiū a pecore nomen sortitur quod in rusticatione quæstuosissimum est. Quod vnū diuitiarum genus apud veteres vsurpabatur. Existāt tamē auctores iclitisī qui autumāt pecuniā a nota pecudis eē appellatā: qua signatus fuit ex ære numm⁹ a Seruio Tullio rege romanoruz. Thesēū quoq; apud græcos mēoriæ proditum est signasse nummū bouis nota vt ita ad agricolationē atticos prouocaret. Vñ hecatōboon quod est centū nūmorū & decaboō quod est decē appellā ab eo nūmo i quo effigies bouis erat isculpta. Quetiā luculētissimi scriptores fortunatiorem beatioreq; rusticorum vitam q̄ vrbicorum eē dixērūt. Et olim Delphicus Apollo Aglaum prophodiū dixit esse foelicissimū Qui parum quidem prædolum colebat sed annuis victibus arge sufficiens. Ex quo nūq̄ egressus ferebatur Et Dioclecius imperator iperatio imperatoriāq; purpura depositis festinabundus se contulit ad Tranquillitatem rei rusticæ quietissimam. Illicq; i ocio beatissimo cōsenuit. Et Attalus Rex omīssa regni administratione hortos foedere cepit & gramina seminare. Vnde non minū vere q̄ eleganter scripsit Mātuan⁹ Homerus.

O fortunatos nimium sua si bona morint.

Agricolas. Quibus ipsa procul discordibus armis.

Fundit humo victum facilem iustissima tellus.

Idē secūdam litterarum vitā qua nihil est excellentius nihilq; amabilius: Ex optat vitā rusticanā scribēs faciūdisse.

Rura mihi & rigui placeāt in vallibus amnes.

Flumina amen siluaq; inglorius:

Et ab Oratio decētissime dictum est.

Beatus ille, qui procul negociis.

Vt prisca gens mortaliū.

Paterna rura bobus exercet suis.

Solut⁹ oī fœnore Lucreti⁹ quoq; de vita rustica loquēs ait

Tum loca tum sermo tum dulces esse cachinni.

Cōsuerāt, agrestis enim tum musa vigebat. Et ab eodem ocia agricolarū dia hoc est generosa nūcupantur. Meri = to igitur de agricultura, tā honorata tā laudata, tāq; frugifera nō solū priuati scriptores praecepta tradiderunt: Verum etiā reges operæ precii se facturos extimarunt si de rustica libros cōdidissent. Nec talē scriptitadi prouinciā maieftati regiae id decorē esse crediderūt. Siquidem Hierony. Attalus philometor: Et Archelaus Reges. xenophō & mago duces de rusticis rebus diligentissime perscripserunt. Complures vero minori fortuna: non minori cura apud græcos negocium istud scriptis prodiderūt Apud latinos autem. M. Cato, qui diū⁹ est optimus orator optimus Senator, optimus Imperator Agricolationē, ciuitate romana donauit: & eā loqui latine primus instituit. Cuius liber extat eruditissime cōscriptus et propter vetustatē adorādus. post hunc duo Salsernæ pater et filius deinde Tremellius, scropha. Corne. Celsus Iulius Attic⁹ Iulius græcinus Iulius hygæus, & gargilius Martialis hanc materiā prosequuti sunt. Quorum volumina Calamitate temporum et incuria mortalium deperdita desyderantur. Ex his vero qui leguntur Terentius Varrorem rusticam expoliuit. Plynius compositissima breuitate venustauit. Paladius decentissimo ordine distinxit. Columella autez tanq; rusticationis parens eam diligētius erudiuit: & totuz disciplinæ corpus luculentis voluminibus cōplex⁹ ē. Sed nos maxime omnū Virgiliū Maronē Veneremur Qui quasi canon fuit posterioribus scriptorib⁹ agriculturæ praecepta petentibus ab eo velut a lege quadā. Quo vno Co

6

Tumella præcipue est vsus archetypo: qui Carmine rē rusticam fecit eloquentē. Eamq; vnus omnium maxime illustrauit. qui tanto maior est heliodo ascreo in hoc scribēdi genere apud græcos præstantissimo: quāto Mātua maior est ascrea. Laudationib⁹ Maronis ī præsentia sup sedebim⁹ cū illius tāta sit gloria vt nullius laude crescat. nulli⁹ vt tuperatione min⁹atur. Hoc vnū obiter dixisse contenti simus Virgilium tantum inter latinos pœtas oēs excellere quātū inter minores stellas luna splēdescit. Cui nō fauor principum nomen consiliauit. Sed ingenium diuinū eximīaq; virtutes fauorem principū & populi cōparauerunt Qui hoc solus assecutus est: vt appellatiōe pœtæ Virgili⁹ apud latinos intelligatur. Sicuti apud grecos Homerus sicut nūcupatiōe vrbis rome significatur. Est enim poeta haud dubie incōparabilis & quem cæteri oēs lōgo intervallo subsequantur. vt verissimæ scripsit Quintillian⁹ & olim populus romanus auditis in theatro Virgiliū versibus surrexit vniuersus. & præsentem spectantemq; pœtā tāquā alterum augustū est venerat⁹. Hic est ille quem omnes scriptores certatim extollūt. De quo Alcini⁹ poeta sic scribit. De numero Vatum si quis seponat homerum.

Proximus a primo tum Maro primus erit
Et si post primū Maro se ponatur homerum.
Longe erit a primo quisq; secund⁹ erit. Hūc etiā duo in lingua vernacula excellentissimi pœtæ Frācis⁹ petrar cha. & Dātes⁹ florentin⁹ summis laudibus decorarūt. Cōsensus eruditorū est nullū latinorū pœtarum. P. Virgilio esse cōparandū ne dū æquiparādū Qui a lactatio nostrorū prim⁹. a seneca Vates maximus: ab Augustino pœtarum oīm præclarissimus & optim⁹ appellatur. Quē Alexāder roman⁹ iperator platonē pœtarum nūcupabat. Enarrabilis itaq; cōsultissimū rei rusticæ illustratorē. Et diis bñ iuuātib⁹ Virgiliana georgica auspiciabimur. In quibus tā emūctus tā eloquēs tā eruditus est: tā deniq; absolutus cōsumatusq;. Vt nō pauci ingenio doctrinaq; prætates: Geor gici Maronis carmē æ neidi illi diuinæ anponere nō verentur Ego vero vt hoc diiudicare nō ausi: ita illud affirmare nō dubitē ī georgicis Maroniais tātā eē rerū verborūq;

copiā: tantā in multiformis doctrinæ cognitionē: quantam in paucissimis scriptoris nouisse meminerim. Enarratio huius poematis compectatur enarrationem columellæ. Catonis. Varronis. atq; palladii. multa quoq; plinii anæ eruditionis ū. Virgiano carmine eno labimur: quæ pphanū vulgus ignorat. Eius etiā lectioni multa iuriscōlutorū: ac cō. no. la. ū. apud quos tituli sūt rerū rusticarū vt de fūdo instrūto. de seruitatib; prædiorū: finitū regedorū: de aqua quotidiana & æstiuā: de fō: de riuis: & multa id. gen. interlegendi obseruamus: qua curiosi lectores georgicorū fuerint diuus Augustinus diuusq; Hiero. qui sepiuscule isti poematis citat testimoniū. & in primis hieronymus in epistola ad rusticū monachū Verius illos decēter viurpat: Ecce suscipio cliuosi tramitis vnā eicit: quorū pulcherrimorū verūū Spectatores eē admonemur in decretis. Di. nouissimā decō. ecratiōe Lectiō maronianæ copulata erit lectio suetonii t̄q̄ illi scriptoris cā. li. dissimili Cui cōfessu eruditorū datur palma in vitis ipatorū scriptitādis. Et quē admodū Virgiliū rei rusticæ scriptores exēplar habet: Ita Suetoniū t̄q̄ i. Lucē posterī sequati sūt in hoc gē. scribendi. Vn̄ Iulii capitolinū p̄fitetur se illo mō & ordine scribere velle de ipatorib; quo Suetoniū t̄q̄ tranquillū scriptitauit Et diuus hieronymus scriptorū ecclesiasticorū Catalogus texēs ducē sequitur t̄q̄ tranquillū. & eiū volumē de grāmaticis & rethorib; venustissime cōscriptū habet Arhetypō. Idē a flauio vopisco scriptor em̄datissim⁹ & cādidissimus appellatur. cui dicit familiare fuisse amare breuitatē. Erit operæ p̄ciū in t̄q̄ tranquillo t̄q̄quā in lucidissimo speculo cōtēplari quī mores quæ studia fuerit virorū maxiorū Quorū cognita vita sniam illā platonis verissimā eē cōprobabit. præclara igenia: quē admodū virtutes maximas ita viciā quoq; maxia p̄ducere solere. & quod nos querim ut id maiores nros questos eē: videlicet illo prisco seculo euerfos fuisse bonos mores: regnasse nequiciā: & ex ipatoribus plures extitisse flagiciū maculosos q̄ virtutib; decoratos ois historiæ iucūda cognitio est & ferme oēs historyci fauorabiles: sed t̄to fauorabiliores illi cēsendi sunt: quāto dignioribus sunt accōmodati. principibus autē accōmodissimi sunt li. ri. de

7
vita & morib⁹ principū cōcinnati Qualis ē Suetoni⁹. Vn
de capiant exēpla quæ imitētur: Et quæ vitāda sūt: vitare
cōdiscāt. Hic est q̄ demetrius ꝑhalereus Ptolomeum re
gem monere solebat vt libros de imperio regnoq; cōposi
tos lectitaret. in illis enim scripta documēta cōtineri: quæ
amici monere non audeāt. Et Scipio african⁹ laudatur q̄
p̄diā Cyri a Xenophōte elegāt et magis q̄ fideliter scri
ptā nunq̄ dimittet e manib⁹. Quam Cicero cum impe
rator esset totā legēdo contriuit. hoc duces. hoc principes
maxime decet. hoc a sūmatibus viris fieri debet in legen
do trāquillo quod Africanus quod Cicero i Xenophōte
factitarūt. Nos vero faciam⁹ id quod Cyprian⁹: qui absq;
Tertulliani lectione nullā diem præterire permisit: qui cre
bro dicere solebat. Da magistrū videlicet Tertullianū si
gnificās. Nullū nos quoq; diem sine trāquilli lectione præ
teream⁹. Et sicut Archelilas atē q̄ iret dormitum & mane
cum surgeret ibat ad Homerū lectitandū dices se pergere
ad Amaliū: ita nos & matutino & vespertio tēpore ad trā
quilli lectionē perinde ac dulcis amasit accedam⁹. & in eo
veterū imperatorum vitā mores gesta cōtemplemur. ne pu
eri sēper esse iudicemur. Nanq; nescire quid atē q̄ natus
sis acciderit id est sēper esse puerū. Erit mediū fidi⁹ Tran
quilli lectio plena iucūditatis: plenaq; eruditionis. sed erudi
tionis neq; protitæ neq; triualis i qua homines alioquin
eruditi allucinātur. Quæ recondita est & clausa i litterarū
iteriore sacrari⁹. In cuius vestibulo hærent homines ma
le litterati. Sed quid ego tām multa de Virgilio Trāquilloq;
cōmemoro quorū eruditio eruditissia: & facundia faciūdi
sima per se patet & manifestaria est. Ego vero omni studi
o oiq; diligētia elaborabo & oibus viribus neruisq; contē
dam. Implicite explicare. nodosa enodare. & abstrusa re
cludere. In sūma pro virili arte cōnitar: vt nulli auditorū
enarrationes nostræ sit futuræ ifructuosæ: vt nullus gym
nasii nostri cultor assiduus merito dicere possit se oꝛerā & i
pēsā sub magistro pœnitēdo perdidisse. Sed iā tēpus ē ca
nere receptui. Et vela oratōis meditata cōplicare: Vt dei
ceps ex tēporalis eloquutio orā soluat. & peræ quorū patētis
sīm mime cūctabūda discurrat. Cuius merces icōpositæ

non minus futura sint frugiferæ atq; iucundæ: q̄ orationis
compositissimæ fuerunt. Vos queso vt quemadmodū iam
quæ diximus attente audiuitis. Ita quæ dicturi sum⁹ attē
te audire velitis. Dixi

Philipi Beroaldi oratio habita in principio enarra
tionis proprii continens laudes amoris.

Socrates ille fons philosophorum Viri clarissi
mi: Cuius luculentis dissertationibus libri Pla
tonis sunt refertissimi: quadam olim oratione
amorem vituperaturus ob verecundiam pallio
caput operuit. Idem mox eiusdem laudationem per pali
nodiam hoc est contrarium cantum celebraturus id aper
to atq; reuelato capite factitauit. Nos quoq; in presenti
arum amorem laudaturi socratis exemplo non obuoluto
capite dicemus: sed aperto non pudibundi tergiversante su
e: Sed sequestrato pudore alacres deum illum laudabimus
qui vnus & maxime laudandus est: & maxime laudabilis
poetaq; amans atq; poesim amatoriam docebimus eti
am grauissimis professoribus conuenire dignaq; esse id ge
nus poemata: quæ in gymnasio literatorio publica professi
one palam explicentur. Nouissimo loco porabimus ea ad
hibita peroratione: quæ neq; aurib⁹ vestris iniucunda neq;
mētibus infru⁹ uosa futura sit. Quæ singla dū a nobis ū
mati ptractatur: Vos q̄so me secuti facere consueuistis be
nigne atteteq; audiatis. Magn⁹ de⁹ est amor & apud deos
homiesq; mirāndus vt philosophorū sapiēssimi dixerūt &
ob originē antiquissimā in primis honorād⁹ siquidē hesio
d⁹ cecinit p̄ illud primordialē chaos repēte terrā atq; amo
rē simul extitisse. & vt inquit elegāter pmenides An deos
oēs primū generauit amorē. Vnde ab orptheo Quē diuus
Augustus inter theologos priscos anumerat cognomina
tus est phanes ab eo q̄ ex chao prim⁹ apparuit plures amo
res sicuti venere fabulosa finxit antiquitas. Quos luculē
ti scriptores posteritati cōmēdarūt. Nos vero omisis re
liquis Amore illū celebrem⁹. qui a platone diuinit⁹ memo
ratur Qui virtutes amatorib⁹ suis cōsiliat Qui nos dīs
amicos facit Nos a platonica diciplina ne digito qdē. vt dī
citur trāuerso recedētes laude⁹ amorē put laudari meref

dicam⁹q3 eū esse cælestē: bñficū: pacificū: pulcherrimū: qui mortalib⁹ maximorū bonorū cā est qui pacē largitur hoībus. Qui ventis requiē. qui mari trāquillitatē. qui elemēta societate conglutinat. qui cunctas animantes familiaritate cōciliat beniuolētiæ largitor: maliuolentiæ exterminator. Et quēadmodū cōiugi nō pōt amaritudo cum dulcedine caligo cum lumine. pluuia cū serenitate. pugna cū pace cū fō cūditate sterilitas. cū trāquillitate tēpestas. ita cū amore odiū. Inuidia. liuor. maliuolentia copulari nō possūt. & quemadmodū radius a sole. calor ab igne. tigor a glacie. cādor a niue. ne querūt separari. ita ab amore diuelli nō possūt beniuolētiæ. Societas. necessitudo concordia hic est enī amabilissim⁹. amiciciæ nodus princepsq3 ad beniuolentiā cōglutinādā vnde ab amore amiciciā nuncupatā eē sapientes tradiderunt. Quod est in nauigio gubernator. quod in ciuitate magistratus. quod in mūdo sol. hoc inter mortales est amor. Nauigiū sine gubernatore labascit. ciuitas sine magistratu periclitatur: mūd⁹ sic sole tenebricosus efficitur & mortaliū vita sine amore vitalis nō ē. Tolle ex hoib⁹ amorē solem e mūdo sustulisse videberis. huc adde q̄ hic deus a nobis omnē rusticitatem amolitur. oīs elegātiæ oīs q3 mūdiciarū pater ē. Vñ venuste plautinus senex. Amorem deū appellat mūdiciatē. eūq3 nitidis nitorib⁹ ait ātēcelere Da mihi hoīem efferū atq3 truculentū hūc amore vestigio mollē reddet & māfuetū. Da rudē & rusticantū. statim ab amore fiet ingeniosus & vrbān⁹. Da sc̄ltū. ab amore c̄tissim⁹ efficietur. Deniq3 torpor oīs. tēgnicies oīs. sōn⁹ lethargic⁹. marcor. lqualor. incuria: ex amoris cōtubernio eliminātur. ī quo idustria. nauitas vigi⁹ntia. solertia. cultus nitor. cōmorātur. At qui amoris accusator quid tātopere inquit hūc deum laudas & extollis? Qui mltos mortaliū demētes fecit. qui multos a semita virtutū ī vnā vitiorū decliue prācipitauit. Qui mltis exitiū cōcinauit. huic ego tā severo obiurgatori: tanq3 aspero amoris cōmīatori ita breuissie rñdeo. Nō est ista amoris culpa sed hoīm qui amare nesciuerunt. Sicut enim est quidem modus ī rebus sūt qui dā prāscripti fines: quo vltra p̄gredi neq̄ has ērita in amore est quādā mediocritas adhibeda. Philosof horū sententia

est moderatas esse Virtutes:excedētes modū atq; mēsurā
iteruitare reputari. Vnde ab vno de septē sapiētib⁹ dictū ē
quod latine significat ne quid ni
mis cui astipulatur oratiana illa sētētia. Virtus ē mediū vi
tiorū vtiq; redactū. Hic modus hec mēsurā hoc tempera
mentū quod virtutibus adhibetur:in amore q̄ adhibeatur
&procul erit oīs de amore conquestio. Nam vt inquit ele
gāter & vere plautinus seruus. Bonū est pax illū amare sa
ne. Insane nō bonū est Quid nō ne hoc idē præcepit diui
ni dogmatis doctor apostolus præcipiēs ī nobis ordinatā
esse debere charitatē? Quæ ī mltis vt iquit Origenes ī or
dinata cōspicitur. Vocabulo aut charitatis amorem in ca
nonicis scripturis appellari hieronimus augustinusq; noti
ficāt. præterea nō laudes canimus amoris illi⁹ vulgaris at
q; cōis:qui pecuinis belluinisq; libidinib⁹ dñatur. Sed illi⁹
præcones existimus qui celestis est:quē græci Eros appel
litāt:a quo existimat Plato ī cratyllo herou nomē deriuatū:
quis Augustinus & Marcianus capella ethymō:hoc ē ī
terpretamētū nōis herou aliūde deducant. Et cū nichil ali
ud sit amor sicuti doctissimi philosophorū diffinierūt q̄ fruē
dæ pulchritudinis desiderū:illū nos amorē landam⁹ cele
bram⁹ extollimus:qui pulcherrimus est:qui ex pulchrorū
desiderio natus:pulcherrima plura mortalibus cūctis īper
tit. Nōne artes vt reliqua omittamus ab hoc quali quodā
fonte fluxerūt? Nōne hic oīm inuētionū autor est & ppa
gator:medendi nāq; & diuinādi & sagittas ab arcu excutiē
di disciplinā amore duce inuenit opollo. Texē ī artificii
minerua.fabricā ærariā vulcan⁹:mēsuras & pōdera phedō
litteras mercuri⁹ leges ceres.quæ ob hoc a græcis thesmo
phora idest legifera noiatur. Deniq; oēs qui vt iquit Ma
ro per artes inuētas vitam excoluerunt:amore impulsore
atq; autore cōmenti sunt nouas īuētiones. Nō enim talia
īuenisset nisi talia adamasset. Omitto quod per amoris bñ
ficiū animalia cūcta progenerātur ī terris. Nōne ea quæ ī
aiata dicūtur amare quodāmō existimātur.hinc Magnē
ferrū trahit. Succinū paleas.cecias nubes. &vt inquit Em
pedocles. Arida terra amat imbres. Et nemo nō inquit hi
eronym⁹ aliquid amat. Deniq; amore cōstāt oīa augescūt

9
florescūt propagantur. Et vt autor est Aristoteles i ethicis
id cuiq; voluptati est: cuius dicitur amator: & iucundissim
est re amata potiri. Igitur amorē colamus: amorē meritis
præconis extollam⁹: a cuius sacrario procul abcedat pro-
phanū vulgus hoc est hoies inuidi atq; maliuoli. Sicut enī
non cōuenit mēdacio laudare veritatem: pauiori fortitudi
nē. Vicio virtutem: ita maliuolo amoris cultura nō cōueit
Quimpotius quā maliuolus estis colat atq; sectetur deum
amori contrariū. Quem prisca Anterota quasi contra ero-
ta hoc est cōtra amorem e regione collocatū nuncupaue-
runt. Cæterum ille qui deū colit amet & sacerdotes: Nos
qui amoris cultores eē volumus. diligamus illi⁹ sacerdotel
qui profecto sunt. pœtæ amaliū atq; elegiographi: quorum
lepidiora pœmata non sunt aspernāda neq; pro argumēto
impudiciæ sunt habenda: & quāuis vetus verbum sit ta-
lē esse hoim vitā qualis sit oratio tñ pœtis ludere versicu-
lis amatoriis & lasciuire permittitur. Nā vt iquit Catulus.
Castum esse decet pium: pœtam.

Ipsū: versiculos nihil necesse est.

Qui tum deniq; habēt salem: & leporem.

Si sunt molliculi: ac parū pudici: Quod aūt amatoria scri-
pta nullū præbeāt specimē morum: nullumq; sint vitæ tur-
pis iudiciū testatur Adrianus imperator: qui voconii pœ-
tæ tumulū versibus exornās ita scripsit. Lasciu⁹ versu mē-
te pudic⁹ eras: & ab Ouidio decenter & vere dictum est.

Crede mihi mores distāt a carmine nostro.

Vita verecūda est: musa iocosa mihi. Ouidio subscribit fe-
stissimus pœta epigrammaticus & seipso scribens.

Lasciua est nobis pagina. Vita proba est.

Quid autem pœtarum exemplo cōmemoro? cū seuerissi-
mi sãctissimiq; philosophorū ludicros amatoriosq; versicu-
los cōscripserint: qui tãto sãctiores existimātur quãto aper-
tiores. tãto pudicicius cōpositi: quãto simplicius promulga-
ti. Deniq; audite vel vnicum dei philosophorum platonis
exemplum. qui versiculis huiusmodi amores suos non eru-
buit profiteri latine ita possumus interpretari. Suauitã dãs
Aghatoni, animã ipse in labra tenebam.

Egra etennim properans. tanq̃ arbitura fuit.

Ex his ne queso versiculis parum pudicis Platonē impudi-
cum existimabimus: Platonisq; mores infamabimus? qui

tantum abfuit ab ĩpudicia: quantum verficuli a pudicia
Cuius vita tanto probator fuit quanto mufa lafcuioꝝ. Ne
longũ faciam: ſi ſcripta omnia: quibus amores refq; amato
ria cõtinẽtur ſunt cum ſuis ſcriptoribus repudiãda. Repu
dientur canonicæ ſcripturæ hoc eſt inſtrumẽti veteris luctu
lenta illa volumina: quibus nihil ſacratius nihil religioſius
nihil miſtycũ magis exſtimatur. liber Geneſeos abiciatur:
quoniã in eo amores Iacob & Rachaelis: Concubitus ſi
clien cum digna violent⁹: ſuprũ Iudæ cum nuru thamar re
feruntur. Nemo librum numerorum ſumat in manus. quo
niã iſrahelitici populi fornicationes cum filiabus moabi
tarum i eo perſcribuntur. Caue legas Iudicũ volumẽ. Con
tinet enim Sanſonis robuſſiſſimi moliffimũ. eos cum puella.
Dalida complexus. librũ Hefter ne tangito. docebit enim
te quemadmodũ Aſſuerus rex amorẽ amore ſicuti clauum
clauo trudere conatur: & ad impatientiam amoris leniẽdã
per ſingulas pene noctes nouas puellas deuirginat efficiẽs
ex virginibus mulieres. libros Regum tanq̃ nephãdos ex
plodito. quibus Dauidis & Berſabes adulteria: eiũs dẽ ſene
ſcentis cum adoleſcentula Sunamite complexus: Ammo
nis cum ſorore Thamar inceſtus infandus: Solomonis cũ
reginis cõcubiniſq; innumerabilibus fatuæ amationes cõ
memorãtur. Et vt mel finiam: ipſum Canticum cant. co
rũ tanq̃ ſyreneos cantus obturata aure trãſito. Cu; meros
amores meramq; impudiciã niſi miſtyce intelligamus
reſonare videatur. Ideoq; apud hæbreos obſcũ uabatur ne
quis adoleſcentulus libellum illum teneret in manus. ne
quis puer illius lectioẽ cõlectaretur. Igitur cum factis vo
luminibus amatorias res contineri. eaq; non magis a pro
phanis quam religioſis hominibus quotidie legi: quotidie
in templis non clam ſed palam decantari videam⁹ Tandẽ
fateamur licere poemata laſciuientia ſcribi: & ſcripta lecti
tari citra omnẽ criſnationẽ: Et nos nemine vt ſperam⁹
improbãte enarrabim⁹. Amalii poætæ propertii amatoriiũ
venuſtũq; poema. Quo nihil in hoc genere exiſtimo fieri
poſſe perfectius: de cuius eruditione excellẽti elegatiſſi
moq; ſplendore in præſentia tacebim⁹: cũ iam receptũ ca
nẽdũ ſit: & quia multa ſcitu digna a nobis perſcripta ſũt i
noſtris cõmẽtariis: quorũ lectio ſtudioſis erit vt cõficiã⁹
frugifera: & a nemine nõ bono ĩgenuoq; lectore probabũ

tur. Cum proportio pariter progredietur dimidiat⁹ Suetonius: vt luculentissimo scriptori extremā manū imponam⁹ ad cuius lectionē ne illotis vt aiunt pedibus accedam⁹ more nostro. Ifagogica quædā hoc est inrroductoria premittem⁹. Quæ viui vobis sit audiuisse & voluptati meminisse Vos vt facitis libenter audite: atq; animū aduertite. Dixi. Ppilippi Beroaldi oratio habita in enarratione Titii Liuii ac Silii italici continēs hystoriæ laudationem

Officium est boni professoris viri præstantissimi id velle profiteri quod auditoribus vtilitatē cū voluptate maxima allaturū sit: quod scholasticorū auribus satisfacturum: quod temporibus sit futurum accommodatum. hoc ego semper, omnistudio ac diligentia superioribus annis efficere contendī & impræsentiarum effecturū me esse confido. Cum duos celeberrimi nominis scriptores ex omnibus delegerim quos in hoc augustissimo gymnasio profiterer: quorum lectio & prodesse & delectare plurimum possit atq; his temporibus sit futura maxime conueniens. Nam cum omnium disciplinarum cognitio vtilis hac iucunda mortalib⁹ sit historiæ cognitionem mediussidius vtilissimam iucundissimamq; esse cēseo ex quo cum multū omnibus scriptoribus debeamus qui non solū sibi sed etiam posteris vixisse creduntur plurimum profecto historicis debere nos nō possumus inficiari: quorum labore ac industria effectum ē vt omnium ætatum: omnium gentium: omnium populorū res gestæ omnia præclara facinora scitentur a nobis intelligeretur cognosceretur. Vt cuncta cūctorū illustrissimorū virorum dicta factaue memoratu digna cōtueri ediscere recordari liceret: qua quidem re nihil pulchrius nihil iucundius nihil magnificentius excogitari posse contenderim. Etenim vt a Cicerone scriptum est diuinitus nihil earum rerum scire quæ antequam nasceris factæ sint: hoc est semper esse puerum. Cognoscere vero res gestas memoriæ veteris: ordinem tenere antiquitatis: exemplorumq; omniū habere noticiam decorum laudabile ac prope diuinū est. Senibus ideo maior auctoritas est quoniā ob longam ætate plurimas res nosse ac vidisse credūtur, at hoc iuuenibus cognitio historiarū præstat vt etiam præteritis sæculis vbi

xisse videantur. & illi me hercle adolescentes qui hystorias
habeant ad manum & exēpla illustrium virorum in prom-
ptu tanto senibus sunt anteponendi: quanto plura negocia
cōplectitur hystoria multorū sc̄lorū q̄ faciat hominis vita
longissima. huc adde quod qui bonus orator esse concupi-
scit in primis abundare debet exemplorum copia & nosse
quā plurima. Nā cum sit hystoria testis temporū lux veri-
tatis: magistra vitæ: nuntia vetustatis nihil ambigitur quin
orator optimus esse non possit nisi fuerit antiquitatis exē-
plorumq; cognitiōe instructissimus: nisi hystorias perinde
ac vngues suos habuerit exploratissimas: quoniā vt inquit
Quintilianus hystoria alere potest orationem molli quod-
dam ac iucundo succo. Est præterea opera precius in volu-
minibus hystoricorum omnis exempli documēta velud ī
illustri monumento posita iutueri vnde quæ imitanda sint
de promere ac nobis proponere adimitandū quæ fugienda
fugere possimus. pulchrum est vt inquit verissime Diodo-
rus ex aliorum erratis in melius instituere vitā nostram &
quid appetendum fugiendumue sit ex aliorū exēplis pos-
se cognoscere. Vnde haud imerito Demetrius phalerens
Ptolomæum regem subinde admonebat vt libros lectita-
ret quoniam quæ amici non audent principibus demōstra-
re ea omnia in libri scripta reperiūtur. Hoc est ī cognacio-
ne rerū salubre atq; frugiferū scire quibus artib⁹. qua disci-
plina: quibus morib⁹ maxima imperia orta sint. Maximi
imperatores nomen sibi immortale pepererint. Et ecōtra-
rio qua viciorū labe infecta amplissima regna corruerint
& ex summo in imum precipitauerint. ad summam hysto-
ria ad id quod honestum est capessendum inflammat. De-
testatur vicia probos extolens improbos deprimens. hy-
storiæ vt inquit verissime Vitruuius per se tenēt lectores
cum habeāt nouarum rerum varias expectationes. Vtinā
nobis deus eam ingūi memoriæq; diuinam vim condona-
nasset qua Portius latro declamator egregius fuerat deco-
ratus qui cum omnes hystorias vnus ominum notissimas
haberet iubebat aliquem ducē nominari & vestigio eius
omnia acta cursum diligēterq; cōmemorabat. Cæterū cū
omnes historici sint legendi adeundi ediscendi: scriptores
potissimum latini rerumq; italicarum ac maxime romanarū
enarratores sicut mihi videtur sunt adorādi colēdi le-

Citandū nec nunq̄ e manib⁹ dimittendū: idq; duab⁹ potissi-
 mum de causis faciendū videtur quoniā & rerum nostratiū
 cognitio magis ad nosq̄ externarū pertinere existimatur
 & quod historici latini sanctiores verioresq; græcis scrip-
 toribus fuisse creduntur: pugnat enim iter se oēs fere græ-
 corū scriptores & alter alterius mendacia refellere cona-
 tur. ita Ephorus Hellenicum: Timeus Ephorū philinū po-
 libius Herodot⁹ q̄ plurimi tāq̄ fabulatorem repræhēdunt
 hinc a Satyrīco poeta dictū esse crelimus quicquid græcia
 mendax audet in historia. Discrepantiæ autē illorū causa
 hæc potissimū fuisse traditur: quod nullam nūq̄ curā gæci
 æ populū adhibuerūt vt præclara facinora scriberentur ac
 publicarentur: idēq; magna in scriptoribus mentiendi li-
 centia fuit: qui cum partim res gestas ignoratē: partī affec-
 tionibus ducerentur non historiā conscripserunt: sed me-
 ra mendacia. Cōtra apud romanos vt omnia prout gesta
 fuerunt incorrupta itēgra atq; fideliter conscrip̄ta habere-
 tur: pontifices maximi res omnes singulorū annorū litte-
 ris mādabant: efferebātq; i albū tabula domui proposita vt
 esset populo potestas cuncta cognoscendī: & hi ānales ma-
 ximi nominabātur. Hæc autē similitudinem scribendi secu-
 ti sūt Piso Fabius pictor & ille Cato portius omnium bo-
 narū artiū magister a Plynio nūcupatus: qui sine vllis orna-
 mentis sine pigmentorū coloribus sine fugato nitore mo-
 numēta rerum gestarū reliquerūt nulla recta atq; simplici
 a primā illam imprimis obseruantes historiæ legem: quæ
 præcipit ne quid falsi dicatur. etenim dempta ex historia
 veritate ita narratio omnis inutilis ac penitus manca effici-
 tur sicut corpus animātis inutile fit oculis effosis vt lucu-
 lēte scriptū est a Polybio. Deinde cum ingenia erudito iaz
 sæculo indies magis excolerētur & facundia vberior poli-
 tiorq; proflueret eloquentissimi apud romanos ad scriben-
 dū hystoriam sese applicauerunt: qui non vt superiores tan-
 tummodo narratores fuere. Sed etiam exornatores atq;
 illustratores maximi extiterunt qui vt pote diuino ingeni-
 o præstantes viri hystoriam affectionibus omnibus casu
 um varietate mirabili egressionibus iucundis resperserunt
 & quibusdā flosculis quasi pratū distinctam variegatāq;
 decorarunt. qui cum omnes sint excellentissimi: cum ōni
 am lectio iucundissima ac vtilissima futura sit cum omnes

haud dubie suspiciēdos ac lectitanos esse censeam. Tit⁹
liu⁹ in primis enarratione dignissimus mihi visus est & in
cūditatis vtilitatisq; inter alios refertissimus. Cuius lectio
omniū scholasticorū auribus animisq; satisfactura sit. est
enim dulcis candidus & effusus & eo nullus historicorum
melius commēdauit mitiores affectus apud quem omnia
tum rebus tum personis sunt accommodatissima qui in nar
rando miræ est iucūditatis clarissimiq; andoris: qui vt ve
rissime dixit Quintilianus in contionibus supra quā nar
rari potest est eloquentissimus: Cuius lacteauberitas lecto
rē detinet auocat pascit omnibusq; affectionibus validis
sime cōmonet & quo vult maxime impellit: cuius diuinæ
faciendæ nihil addi potest cui⁹ orationi quid demas ex
elegantia detraxeris quemadmodū de Platonis oratione
Phauorinus dicere solebat. Idem grandiloquus est & sēte
tiarum grauitate & maiestate verborū. idem copiosissim⁹
nec tamen longus. Nam vt inquit egegrē Martialis: Nō
sunt longa quibus nihil est quod demere possis. nō igitur
īmerito diu⁹ Hieronymus testatur quosdā ex vltimis his
paniæ galliarūq; finibus viros illustres Romā venisse vel
ob hoc solū vt Titum liuū lacteo eloquentiæ fonte manā
tem cōtuerētur qui vt Plynus in epistolis inquit posteaq;
hominem videre statim in patriam repedarunt. O te xeli
cem o te beatum. ite liui: cuius vnus vidēdi causa viri no
biles tot milia passuum confecerunt ex penitissimis regio
nibus proficiscētes. tot montes incultos. tot inuia loca su
perarūt. illa profecto illa diuina virtus est existimā. Ia quæ
in vno homine tantū polluit tantū effulsit vt ad eum visē
dum tanq; ingens celebrandūq; miraculum Galli Hispani
niq; sollicitarentur: merito Quintilianus Liuiū inter cæte
ros scriptores legēdum esse præcipit in scholis quoniā sci
licet cādidissimus est & maxim⁹ auctor historiæ: merito
& nos Liuium ex omnibus vnum de legisse videmur quē
publice hoc anno profiteremur: cuius libri omnes cum le
ctandī sint & in manibus quotidie habendī. Nōne hæc
decas liuiana quam diis bene auspiciantibus ordimur enar
rare reliquis decadibus est anteponenda. Nōne hæc īpri
mis volurina a Liuiō diuinitus scripta fuisse cēsēdū est.
Et hæc profecto decas: hoc enī nomine Liuiani librī nu
mero denario nuncupantur quāto bella quæ continet cæ

teris bellis maiora fuerunt: tanto reliquas decades antecellit. Laudat Origenē adamantium Hieronymus quod cum in cæteris voluminibus omnes superauerit in Cantico canticorum ipse se vicerit. Laudatur a Cicerone Crassus, orator quem cum in agendis causis consensu omnium cunctos se per exuperauerit in extrema actione a semetipso superatum esse testatur. Praxiteles inter statuarios a Plynio celebratur peride ac in armoris gloria superauerit etiam semet hoc idem & nos hodierno die de Liuiio merito dicere possumus, qui cum in cæteris decadibus cæteros antecelluerit in hac semet ipsum vicit: & me hercules ut dicam viri clarissimi quod lectio eodem aîo. Liuii bella scripturavit quo romani gesserunt: eodem ingenii firmitate sine silio exercuit quo romanus populus arma tractauit: eadem vigilatia incubuit chartis: quod Romano milites disciplina militari incubuerunt: & mediussidius videtur populus. Romano. vel ob hoc vnum tam memoranda facinora gerere voluisse ut illa a tam luculento scriptore describerentur: qui res haud dubie luculetas verbis luculentis æquauit quem quotiescumque in manus sumo: non legere videor bella: sed tractare. & ut inquit Hieronymus de paulo non audire verba: sed ronitrua. in Liuianis voluminibus videre videor imperatores cõtionabundos militesque suos exhortantes ad prelia alacrius animo impetenda: Senatũ de rebus dubiis cõsultante: hostes hic formidosos trepidare: Romanos illinc furibundos inuadere: Denique apud Liuium omnis rei militaris disciplina cõtinetur: omnes stratagemata: omnes calliditates imperatorie demonstrantur. Leges tenatus populi que decreta: omnes denique artes: quibus domi forisque viuunt cõspiciuntur. Sed phrodolus quantam iacturam passi sunt omnes litterarum studiosi ex centum decem voluminibus liuianis deperditis: qui omnia que vnum Romanis per septingentos annos gesserunt præclara facinora veluti in unum redacta corpus noscere potuisset. Quanto dispendio affectus est Romano populo. Cuius tot ac tantarum rerum gestarum memoria cum libris liuii pariter iteriit: Quantum veræ famæ detrimentum illustrissimi imperatores subierunt: quorum nomina fuisset sempiterna et gesta memorarentur. Si liuiana volumina non intercidissent. quod si defunctis vllus est sensus profecto liuianos manes ingemiscere credendum est tot laboriosas incassum sibi fuisse susceptas: tot nequicquam vigilatas noctes: tot frustra cõscripta volumina. que si extaret

omnia: nihil præ terea nobis foret desiderandum. habere⁹
in quo ocium in quo tempus bene collocare possemus: &
tamen nobis utpote somniculosi vix ætas suppeteret ad
legendum: quæ illi diuina quadã benignitate prædito sup-
peditauit ad scribendum: qui etiam Dialogos ut inquit Se-
neca philosophorũ more Conscripsit: Sed querele ab ex-
ordio nostro enarrationis procul absit: nihil nec nobis nec
ipsi Liuius profuturæ. Cæterum cum sapiens sit seruire tẽ-
poribus: Nos quoq; temporibus his seruiamus: quibus cũ
arma vigeat: bella horrida perstreant: Cum omnis Italia
bellicis tumultibus seuiat: Classica personent: Cũ Mauors
telum suum quatiat: Bellona dominetur: idoneum esse vi-
detur ut scriptores eos potissimũ legamus: qui bella descri-
bunt: hec ergo sit nostra militia: alii bella gerent nos lege-
mus alii sub Dio in campis patentibus intuti pugnabũ nos
pugnas confectas in tũbra in scholis tuti recensẽbim⁹. hic
aures nostras Liuius personabit inde Sylius. Ambo eadem
bella facundissime narrantes ille soluta oratione: hic versu
heroico: qui non minus hystoricus q̃ poeta iudicandus est
Qui stilo Cothurnato & charactere grandiloquo tonare
ac fulminare videtur: qui bella non scribere sed bellare: Cui
optime conuenit illud orationum: Audire magnos iam vi-
deor duces non in dũro puluere sordidos: Ardenses. Cõ-
citatus: erectus: idem Candidus Copiosus atq; sublimis:
multum habet neruorum: plurimum lacertorum: totus bel-
licis rebus accommodatus: qui non minus er. litionis af-
ferre possit: quã iucunditatis: mira est in Sylio rerum recon-
ditarum copia varia ac multiplex locorum & maxime Ita-
licarum vrbium descriptio: multa hystoriarum cognitio.
Et cum virgilium illa foelicitas ingenii soluta oratione re-
liquerit: Cum Ciceronem facundia illa genuina in carmini-
bus destituerit: Sylio contingit id quod paucissimis dii de-
derunt ut idem esset & maximus poeta: & summus orator
qui vtrumq; & Maronis & Ciceronis opus foelicissime im-
pleuerint: quod epigrãmaticus poeta elegãtissime demon-
strat his versibus cum de Sylio loqueretur. Sacra cothurna
ti non attigit ante Maronis: Impleuit magni q̃ Ciceronis
opus: Idem alibi Silium musarũ decus appellat: Sed quid
plura? Liuii & Silii facundia: vires: ingenium: eruditio: c. te-
ræq; virtutes eximie sese nobis quottidiana enarratõe ex

hibebunt: sese offerent: ostentabunt Clarius sole fulgentes. Ego vero omni diligentia: studio: Vigilantia elaborabo: enitar atq; contēdam: ita singulos nodos enodare: ita implicita explicare: vt quemadmodum vos mihi ornamento maximo futuri estis: ita ego vobis sim nō minimo emolumento. hoc mihi in animo est velle prodesse: Vobis sit velle proficere: Dii faxint vt vtriq; vtrumq; propositū implere possimus.

Philippi Beroaldi Oratio habita in enarratione epistolarum Ciceronis & Lucani Continens laudem poetices.

Maximum deorum munus est viri Circūspectissimi: & quo nullum maius excogitari potest eloquentia: Qua vna vel maxime separauit hominem a cæteris mutis animantibus. deus ille parens & mundi fabricator: quæ quia sermone carent irraticnabilia merito vocantur. Eloquentia homines palabundos in agris atq; dispersos cōgregauit in populum: & ex veris atq; immanibus mites reddidit. & mansuetos. Eloquentia multæ vrbes constitutæ sunt: plurima bella restincta: Firmissimæ societates: Sanctissime: amiciciæ comparatæ: Eloquentia mortales immortales efficiuntur. Merito itaq; flexamina: & cœnium regina rerum oratio ad octissimis nuncupatur: Cuius tanta est dignitas: tanta potentia: tanta maiestas: vt Duce eloquentia diis simillimi esse videamur: Et homines eloquentes: qui oratores nominantur tantum reliquis hominibus præstare creduntur: quantum homines bestiis antecellunt: Nihil mediūsidius eloquentia diuinius referri potest: nihil consummato oratore præstantius. Cæterum cum eloquentiæ partes omnes sacræ sit ac venerabiles: Cæterisq; aliarum artium studiis anteponendæ. Poetica in primis sacratissima est: quam antiqui primariam quandam philosophiam esse tradiderūt: Quæ ab ineunte nos ætate viuendi formulā doceret: quæ mores: quæ affectiones ostenderet: Quæ res gerendas cū iucunditate præciperet: Vnde nō minus vere quā luculenter dixit Oratius. Os pueri tenerum balbumq; poeta figurat. Mox etiā pectus præceptis format amicis. Instruit exēplis inopem: solatur & egrū. Quamobrē Ciuitates græcorum erudissimæ liberos in poetica in primis erudiebāt: Solium poetam sapientē esse dictitantes. Et vt diuus Augusti.

nus scriptū reliquit poetæ theologi nuncupati fuerūt Cū
de diis immortalibus diuinitus multa conſcriberēt. Qua:
les Orphe⁹. museus. linus fuiſſe tradūtur. Enimvero Artis
poeticæ studia vt cicero facundiffime ſcribit a ſoleſcentiã
agunt: Senectutem oblectant: Secundas res ornant: aduer
ſis perugiū ac ſolatiū præbēt: Delectāt domi: nō impe
diunt foris: pernoctant nobiſcum: peregrinātur: ruſticātur
Huc adde q̄ poetic⁹ decor exercetur ab oratore vt teſtis
eſt Cornelius: q̄ oratori lectiōne poetarū plurimū confer
re Theophrastus affirmat: apud quos in rebus ſpiritus in
verbis ſublimitas in affectibus motus ois & i personis de
cor exprimitur: ideoq; i hac lectiōe. M. Tullius putat eſſe
quieſcendū exiſtimatq; omnem loquendi elegantia expo
ſiti augeriq; poetis lectiōe. Eſt eni finitim⁹ oratori poe
ta ſūtq; iter le cognatione quadã copulati. Cæterū cū cæ
terarū rerū studia præceptis cōſtent atq; doctrina Poetæ
ſoli ipſa natura valent & mentis viribus excitātur: & qua
ſi diuino quodã ſpiritu inflāmantur. Vnde plato diuinit⁹
ſcripſit libro tertio de legibus poetarū gen⁹ eſſe diuinū: &
idē tradit in phedro Vates furore diuino cōcitos multa
cōmoda grecis hominibus attuliſſe. ab eodē per quã ele
gāter dictū eſt i libello de furore poetico poetas diuino i
ſtinctū cōcitos emendē furore interpretibus quos rap. o
dos appellat infūdere imitariq; magnetis lapidis natura:
qui nō iolum ferreos anulos trahit: ſed eadē trahēdi vim
ipſis anulis latēter inſinuat. Origenes quoq; i magiſter
eccleſiæ in libris: quibus titulus eſt Periarcho⁹ Virtutem
quandã eſſe docet ſpiritalē quæ poeticã inſpiret: cuius in
ſpiratione poetæ repleātur. Platoni Origeniq; aſtipulatur
Ouidius ſic ſcribēs. Eſt deus in nobis: agitante caleſcim⁹
illo: & alibi. Eſt deus i nobis: ſūt & cōmerita cæli: Sed i
æthereis ſpūs ille venit: Quapropter haud i merito poetas
antiqui ſacros nominarūt. Vnde ab eodē ſcriptū eſt: At ſa
cri Vates & diuū cura vocamur. & Calphurni⁹ in bucolicis
inquit: ille fuit Vates ſacer: & Lucan⁹ noſter ſcriptū re
liquit: O ſacer & magnus vatū labor. Ennius vero ſacros
poetas appellat q̄ quaſi deorū aliquo dono & munere præ
diti eſſe videātur. Hinc eſt q̄ poetæ antiquitus in maxima
veneratione maximoq; precio habebantur q̄ a principi
ſouebātur: q̄ a regib⁹ ditabātur: q̄ ab omnibus certatim

amabantur: Vnde non minus vere quod diserte cecinit, Naso
 Cur a ducū fuerant olim regumque poetæ: Præmiaque æri qui
 magna tulere chori: Sanctaque maiestas: & erat venerabile
 nomen: Vatribus & largæ sæpe dabatur opes. Charus fuit
 scipioni africano Ennius: Charus Archias mario atque lu-
 cullis cherillum poeta quāuis ignobilem in delictis habuit
 Alexander. Virgiliū fouit Augustus: cuius versiculos cū in
 theatro. populo. omnia. audisset iurrexit vniuersus: & præsen-
 tem spectantemque Virgiliū tanquam Augustum veneratus est.
 Oratium moe cænas adamauit: Tybillum messalla dilexit
 Papinium Domitianus auro palladio Coronauit. ausoniu
 Gratianus cōsultu decorauit: Neque solū viuentes poetæ quod
 honorificentius Vates dici existimatur: sed etiam defuncti
 venerabiles extiterūt: Siquidē Alexander magnus: Cum in
 terspolia Darii persarum regis Scrinio lū cœpisset auro gē-
 misque ac margaritis preciosū: in eo libros homericos repo-
 suit: vt preciosissimū humani ingenii opus opere distissimo
 seruaretur. Idem homerum a deo diligebat: vt eius Iliada
 quod diuinū poema edidicerat: quod viaricum rei militaris.
 appellabat noctu sub puluino vnacum pugione subiiceret:
 & ita cum Homero poetarū principe vigilabat: cum Ho-
 mero dormiebat: idem Pyndari iter lyricos poetas præstā-
 tissimi familiæ ac penatibus parci iussit: Cum thebas euer-
 teret. Alter vero Alexander qui romano præfuit iperio Vir-
 giliū adeo admirabatur vt eum Platonem poetarum voca-
 ret: eiusque imaginē in Larario consecraret. Quinetiam E-
 lius verus romanus imperator Martialem epigrammaticus
 poetam suum Virgillum nuncupabat. Huc adeo quod etiam
 dii amatores vltoreque extiterē poetarum. Siquidem Apol-
 linis oraculum vt inquit Eusebius pamphilus: Euripidem
 laudibus in cœlum tulit: & Archiam tanquam scelestus ac pro-
 fanum iussit exire de templo: quod Archilocum poetam inter-
 misisset. Sophoclen quoque tragici coturni principem liber-
 pater tanquam delictas suas sepeliri iussit. Præterea poetæ qua-
 dam suauī loquentia adeo sunt dulces: vt non legantur mo-
 do: sed etiam ediscantur: quorum autoritas tanta est: vt illo-
 rum dicta pro certissimis testimoniis habeantur: Nam &
 Plato & Aristoteles principes philosophorum Homeri ali-
 or. mque poetarum carminibus sua dicta persæpe corrobora-
 rant. Quinetiam iurisconsulti illi sanctissimi in libris Dige-

storum frequenter allegat poeticos versus: & maxime scribentes de contrahenda emptione & venditione: & in titulo de gradibus: & de verborum significatione: & ad legem aquilia: & de rerum diuisione: sexcentisq; in locis citat testimonia poetarum. In Decretis quoq; Virgilianum carmen ex georgicis & Oratii versus ex epistolis afferunt. Quid nonne ecclesiastici scriptores & in primis Augustinus Hieronymus atq; Lactantius: Tria christiani dogmatis lumina clarissima scaturit autoritatibus poetarum? Quid maius loquor? Nonne apostolus Paulus vas electionis Tuba euangelii & sanctarum scripturarum armarium poetas studio se lecturasse videtur? Qui ad Titum scribens versiculū usurpat Epimenidis poetæ. Cretes semper mendaces malæ bestię Ventres pigri: In alia quoque epistola Menandri carmen allegat: Corruptunt bonos mores confabulationes pessimæ. Et apud Athenienses in Areopago: hoc est martis curia disputas Aratum poetam testem citat. Præterea ut in decretis scriptum est dominus præcepit israheliticis ut egyptios argento spoliarent Tropologicè intelligēs ut argentum id est eloquentiam apud poetas inuentum colligerent atq; possiderent. Daud quoq; ille psalmographus psalteriū numeris poeticis concinuit: Quod ut inquit Hieronimus in morem Oratii flacci & pindari: nunc iam currit nunc alcaico peronat: nunc saphico tumet nunc semper de ingreditur: Deniq; Esaiæ & Job: & Salomonis luculenta volumina: hexametris & pentametris versibus: ut Iosephus & Origenes scribunt apud hebræos composita deurrunt. Quinetiam ut Cassiodorus testatur: omnis poetica eloquentia a diuinis scripturis suscepit exordium: adeo musica venustas. Leposq; poeticus existimatus est omni esse suauitate refertissimus: adeo carmina moduliq; numerosi placuerunt ut deos existimarēt esse placabiliores: si eos versibus adorarēt: & carminibus precarētur: Vnde ab Oratio dictū est luculenter: Carmine dii superi placantur carmine manes: & non minus vere quam facunde cecinit. Lucretius. Calliope requies hominum diuūq; voluptas. Sit igitur apud vos viri præstantissimi sanctum ac venerabile nomen poetarum: qui principibus chari sunt: qui fouentur a bonis: quorum carmina ediscuntur a litteratis: quorum versus tersissimi aures deorum mulcent: eosq; exorabiles mortalibus faciunt: qui quibuscūq;

gmentis adūbrati muta saluberrima præcipiunt: sentētias
 e penitissīma philosophia deprōptas dissimulanter interse-
 runt: mentes nostras optimis præceptis frequenter insitu-
 unt & vt autor est Manlius. Omne gen^o rerū docti cecine-
 re poetæ. Idem linguā ornant: faciūdiam auget: & supelle-
 ctilem verborū faciūt copiosissimā. Deniq; solis pene poe-
 tis datū est: vt ad laudandū & vituperandū pariter sint ac-
 cōmodati: & quæadmodū immortalī laude donantur illi:
 quos carminibus extollunt: ita sēpiterna illi pulsanter īfa-
 mia: quos maledicis versibus infectantur. n. erit nos mo-
 net Socrates platonīcus vt diligēter caueamus: ne poeticū
 hominē quempiā nobis infensum habeamus. Et p̄ncipes
 quos carminibus celebrant immortales efficiuntur: quod
 eleganter expressit Oratius illo versiculo. Dignum laude
 virum: musa uetat mori. Celo musa beat: Si aliquādo lasci-
 uire & obscœna scribere: & ludicra atq; amatoria decāta-
 re & ipudica promere vidēter: Nō propterea sūt poetæ re-
 pudiandi: Cū neq; scriptorū mores ex versibus iudicandi
 neq; lepidiora carmina pro argumēto impudiciæ sūt ha-
 bēda: licet lasciuire carminibus citra impudiciā: licet io-
 cari versiculis citra obscœnitatem morū: licet lingua & ca-
 lamo ludere pudenda: animo & corpore exercere probā-
 da: nemo poetas explodendos esse censet: propter versus
 moliculos: & amatorios: imo quilibet existimet poetas eē
 amādos fouēdos lectitēdos propter singularē eruditōnē
 rerūq; doctrinā copiosissimā: quæ cū in omnibus magna
 cōspiciatur in Lucano maxima redūdat: Nāq; in geogra-
 phia hoc est locorū descriptiōe est eminetissimus: in astro-
 logia eruditissimus: in hystoriarū enarratiōe facūditissimus
 in orationibus eloquentissimus: in stilo heroico sublatissi-
 mus: in rebus describēdis cōpositissimus: idē ardens est &
 cōcītatus. & sentētis clarissimus: & vt inquit Quintilian^o
 oratoribus magis q̄ poetis imitāndus: Qui quoniā magis
 scribit hystoriā q̄ figmēta cōponat: a nōnullis & maxime
 a Seruio ex familia poetarū exterminatur: ex quo & ipse
 apud Martialē illudēs ait: Sunt quidā q̄ medicūt non esse
 poetam: Sed qui me vendit bibliopola putat: At qui diuus
 Hieronymus non solū poetam eum appellat: sed etiā ardē-
 tem esse dicit: & papinius in siluis oibus poetis Lucanū nō
 veretur āteponere vnico excepto Virgilio: in cui^o cōpara

tionē ita scribit: Quid maius loquor ipsa te latinis Aeneis
venerabitur canentē: & alibi met haphoricos inq̄ Bethym
Mantua prouocare nolī: hoc idē in it Martialis inq̄s:
Phœbe veni: sed quantus eras cū bella canenti: Ipse dares
latiæ plectra secūda lyræ: Enarrabimus itaq; diis bene auf
picātibus poema lucani poetæ Cordubēsis: Tersum erudi
tum luculentū: Cuius lectio multū proderit: nec minus de
lectabitur quod si ciceroni olim legere cōigisset: nūq̄ pro
fecto scripsisset: Cordubenses poetas pingue quiddā Ionia
re: atq; peregrinū: ego ī primis elaborabo enodate nodos
q̄ plurimos: quos vel paucissimi explicare potuerūt. Lectio
in lucani cōiuncta erit lectio epistolarū Ciceronis: & ita cū
poeta illustrissimo copulabitur orator ī lytissim⁹: de quo
melius est tacere sicut de carthagine scribit hystoric⁹ quā
pauca dicere: de quo cum proximis annis multa dixerim⁹
in præsentiā hoc solū dixisse cōtenti erimus: Quod cha
racter ciceronis epistolicus ad eloquitionē in adolescētio
ribus scholasticis formandā ad facilitatē extemporale cō
parā dā: est maxime cōducibilis: cū leniter fluat: & ipsa epi
stolarum dialectos habeat quantā quasi genuinā iucundī
tatem: in quibus vincula quidē sunt: sed laxiora neq; tā nu
merosa q̄ in orationibus: & cū epistolæ quottidianis ver
bis textæ sint: Cū nihil accersitū habere debeāt: v inq̄t
Seneca nihil affectatum Ciceroniana in epistolis eloquatio
facilis est & illaborata & ex quodā veluti prōptuario co
piosissimo deprompta: quæ cū imitāda sit & maxime imi
tabilis Nemo nō sperat se epistolarē Ciceronis eloquētā
effingere atq; emulari posse: verū vt inquit Oratius Sudet
multū frustra q; laboret ausus idē: Cæterū cum liuius ī epi
stola ad filiū scripta legendū in primis esse Ciceronē præ
scribat: Opinor me facturum operæ precii si ciceronis epi
stolas publico auditorio hoc anno profitebor. ex quarum
enarratione nō p̄ ī studiosi eloquētix iuuabūtur: ipse eq̄
dem quod ad me attinet omni studio vigilātia q; contēdā
vt oibus satisfaciā: vt neminē ad nostras lectiones audien
das venisse poeniteat: præterea quæ dā scitu digna annota
bim⁹: quæ ad epistolas cōponēdas pertinere videbūtur: vt
scholastici nō solū ex viua vt aiunt voce: sed etiā ex scrip
tis litterulas nostras quātulæcūq; sūt cognoscere p̄ sint:
Sed iam tempus est ad ea nos trāfire quæ enarrationi ips

sint accōmodata: Quæ dum breuiter expono: quæso vt fe-
cistis adhuc diligenter attendite: mihi onerosum nō est di-
cere: nobis molestum non sit audire. Dixi

Philippi Beroaldi oratio habita in enarratione rhetori-
corū continens laudationem eloquentiæ atq; Ciceronis.



Aepenumero admirari soleo Viri circūspectis
simi: q̄ cū ex animo cōstemus & corpore: ani-
mū: q̄ diuinus est paucissimi colant: corpus
quod fluxum est & caducum q̄ plurimi: homi-
nes me hercle præposterī atq; peruersi: q̄ id quod deteri⁹
est pluris faciunt: eo quod preciosius est: qui bona corpo-
ris bonis animi anteponeere non verentur: qui in volupta-
tibus belluinis summum bonum collocandum esse censēt
At qui quanto rectius: quanto laudabilius est: ita insituere
vitam nostram: vt corpus aio ancilletur vt bona animi pri-
ma & in primis capessēda esse existimemus vt corpus cau-
sa animi: non animū causa corporis ab opotentissimo ac
Vltamūdano deo fabricatū esse credam⁹ vt deniq; homi-
nē interiorē: hoc est animū: q̄ verus hō est colamus ac ho-
noremus: hoc i primis iubet Plato ille philosophorū de⁹
hoc Platonius Apuleius factitandū esse demonstrat: hoc
efficere debet quisquis de se ipso bene sentit. Cultura vero
animi est: peioribus repudiatis meliorē ceteri: & id quod
optimū est potissimū capessere Cultura animi est ingenuas
disciplinas āplexari: cultura animi est ipsa eloquētia: quæ
vna est de sū. nis virtutibus: Quæ sacra ac venerabilis: quæ
rerū pulicarū gubernatrix preclara esse fertur. Quā. M.
Tullius primā artem appellat: Quā Cor. Tacitus autumat
cæteris aliarū artū studiis esse antependā: in qua præsi-
dium simul & telum est: Quo propugnare pariter & ince-
sere possimus: Quæ flexanima: Quæ omniū regina rerum
a luculētis scriptoribus nūcupatur. Quæ q̄ præditus ē inter
hoīes vt ita dicā de⁹ putatur: qua deniq; efficitur. vt reliq; s
homibus tanto præstemus: quāto hoīes. bestiis antecellūt
Eloquētiā ergo viri præstantissimi totis viribus capessere
eloquētiæ dies ac noctes impendere: eloquētiæ iugiter in
uigilare debemus: hoc sit ocīū nostrū: hoc negociū: in hoc
labor i hoc quies reponatur: & vt oratianos versus vsurpē
Hoc opus: hoc studium parui properem⁹ & āpli: Si patriæ
volumus si nobis viuere chari. In cubiculū aut eloquētiæ

introducet nos ille qui clauēs habet. M. I. Ci. Qui eloquē
tiæ clauiger: imo alumn⁹. imo partus dici meretur. hic no
bis cūctas eloquētīæ diuitias referabit: cuncta peristroma
ta explicabit: oēs ornatus ostendet. hoc duce hoc depreca
tore nobis vtendū est: si insinuare nos in amiciciā cum elo
quētīa cōcupiscimus. Hic enī ille est qui eloquentiā ipsam
locupletauit: qui ad ornamentū patrii sermonis complura
vocalia excogitauit: qualia sunt: beatit. : beatitudo: silla
batim. & p orizōte finiēdus: multa q; alia id gen⁹: quæ pri
mus Cicerō commētus eē fertur: ideoq; incertum est: vtrū
ipse plus eloquentiæ debeat: an ipsi eloquentia: quem elo
quētīæ archetypon & simulacrum nuncupare merito pos
sumus: qui apud posteros id est consequens: vt Cicerō iam
non hominis nomen sed eloquētīæ habeatur: de cuius lau
dibus sicut inquit Salustius de carthagine: melius esset ta
cere q̄ pauca dicere. & uos āno proximo nō pauca cōme
morauimus. Sed quoniā vt autumat Plato non nocet bis
dicere quod bene dicitur: & vt ait Seneca nūq̄ nimis dici
tur quod nūq̄ satis: Repetamus in præfētiarū nōnulla de
Cicerone: quæ ne q̄nos audiuisse: neq; nos dixisse poeni
teat. M. Antonius orator: cui vel primas eloquētīæ partes
maiores nostri tribuerunt dicere solebat: multos se vidisse
diferteros: eloquentem omnino neminem: eloquētīæ videli
cet formam: quā animo cernebat: te ipsa videre non pote
rat. Vtinā hic Antonius Ciceronē in foro romano cau
sas actitantē: vel semel audiisset profecto d' xisset hūc eē
illum: quem quærebat: quem nūq̄ videre potuerat: eumq;
non solum eloquentē: sed eloquentissimum: sed eloquen
tiæ ipsius imaginem esse asseruisset: & merito. Nā vt facū
dissime Quintilianus tradit. Cicerō vnus dono quodā pro
uidentiæ genitus videtur: in quo totas vires suas eloquen
tia experiretur: qui effinxit vim. Demosthenis: copiā Pla
tonis: iucunditater Isocratis: in quo omnes orandi virtu
tes congestæ fuerunt: quæ in aliis oratoribus singulæ con
spiciuntur. Laudamus in Cæsare calorem: in seneca copiā
in Quintiliano diligētīā: in Plynio nitorem. Laudauerūt
prisici in Gracho impetū: in Lelio lenitatē: in Catone gra
uitatem: in Caluo sanctitatem: in Nortensio partitionem
at. M. I. in oībus his quæ i sigulis sigula laudātur es emi
nentissimus: a quo omnis dicendi copia: velut a copiosissi

mo fōte procurrūt: a quo sicut de Homero cecinit Māli⁹:
omīs posteritas latice in pocula duxit: de quo id dici me
rito pōt verbis paulū imutatis: quod de epicuro dixit Lu-
cretius: hic genus humanū eloquio superavit: & oēs restin-
xit stellas exortus yræthereus sol. Et cū ab aliis scriptori-
bus rerum: ab aliis verborū doctrina quæritur: Cicero do-
ctrinā faciendāq; abū se suppeditat. Et cū tria sit genera
dicēdi: quos græci characteras appellāt: Cū sint gradiloq̄
qui sententiarum gravitate: & maiestate præpollent: Cū sit
graciles i quibus subtilitas ac venustas est: Cum sint inter
mediū qui in cōfinio vtrorūq; temperati fiorēt: in his om-
nibus Cicero ad solutissim⁹ cōsūm atillimūq; cōspicitur.
Laudat Homerus in Ulixæ orationē quā niuib⁹ hibernis
simillimā illo versu esse pronunciat: instat erāt imbris flui-
tantia verba niualis: Talis in Cicerone haud dubie esse co-
gnoscitur: videlicet plena: larga: magnifica: excelsa: breui-
terq; cælestis: Pericles ab Aristophane poeta comicodict⁹
est: fulgurare: tonare: cūcta oratione perturbare: atq; mis-
cere. Hoc idē de Marco Tullio dicere possumus: cuius sē-
tentia fulmina: verba tonitrua mihi vidētur. Et sicut apo-
stolus Paulus tuba euangelii a diuo Hieronymo nūcupa-
tur: ita ipse tuba eloquentiæ nūcupari potest: in cui⁹ labris
illam persuadēdi deam sessit aulie credimus: quæ a græcis
Pitho: a latinis Suada siue Suadela nominatur: quā in ore
periclis apud græcos: in ore cethegi apud romanos sedisse
scriptores iuonei tradiderūt. Merito igitur rex oratorū &
latinae linguæ illustrator dictus est: Merito arcem eloquē-
tiæ tenere & i iudiciis regnare existimatus: Merito ob ei⁹
os Graii ora obuertebāt iua. Ex cui⁹ libris deprēdere licet
vt Cornelius tacitus auctor est: nullus ingenuæ disciplinæ
scientiam ei defuisse. ille nō solū grammaticæ: & poeticae
& rhetoricae artis crateras ebibit: sed etiā audissime hau-
sit crateram dialectice austeram: musicæ dulcem. geome-
triæ limpidam: & vniuersæ philosophiæ nectaream: quā
quidē philosophiam: cū romæ prius peregrinaretur: & vt
vtar vocabulo Plautino tantūmodo atticis faret: prim⁹ fe-
re romana ciuitate donauit: & latina lingua opulētam ac
pollētem fecit: nāq; verbis pluribus græcanicis verba lati-
na accomodauit. Quæ enī philosophi græce dicūt Cator
thomata: Cicero latine Rectefacta nominauit: quæ illi Ca-

tales hic cōpressiones: quod illi Axioma hic pronūctā-
tū: quæ illi fātalitas hic vīsa nūcupavit: & lex cetera alia id ge-
nus prim^o effixit. idē vt nihil intactū relinq̄ret iuri operā
dedit & de legibus volumina cōcinavit. In oībus vero quæ
scripsit tāta autoritas inest vt pro ratione dicta ipsi^o habe-
antur: vt iuris cōsulti plurib⁹ i locis testimonio Ciceronis
vīat. Namq; i libro de verbo. signi. definitio littoris ex
ei⁹ sentētia cōprobatur. & Digestis de orig^{ie} iuris fit mē-
tio orationis quæ pro ligario scripta est. & i titulo de poe-
nis. exēplū orationis pro cluētio habito mutuātur. Igitur
cū tā variis tāq̄ multiugis disciplinis esset refertissim⁹ fa-
ctus est cōsumatus orator: & vt dicā quod sētio incōpara-
bilis. & quod de Varrone dixit Terētian⁹ vir doctissim⁹
vndeūq; Varro id nos de. M. T. C. dicamus: Vir doctissi-
mus vñcūq; Marcus qui mihi hac peculiari laudatiōe lau-
dāsus videtur vt tribo hisce nomibus cognosceretur quæ illi
optie quadrāt: videlicet Polihystor: Philolophotatos: Po-
ligrphotatos. i. multiscius philolophiæ scitissimus: & re-
rū plurimarū scriptor luculetissim⁹ hic enī ille ē quē ob exi-
mias excellētēsq; virtutes oēs i cœlū laudib⁹ certati ferūt:
de quo præconiā poetarū vulgarissīma celebrātur. de quo
ita cecinit Catullus disertissime romuli nepotū quot sunt
quotq; fuere marce Tulli quotq; post aliis erūt in ānis De
quo ita Lucan⁹. Romani maxim⁹ auctor Tullius eloquii.
De quo Silius furialta bella. Fulmie cōpescet ligue nec deī
de relinquet Par decus eloquio cuiquā sperare nepotū. de
quo epigrāmaticus poeta Martialis. Illud lauriger age-
res cū leta triūphos Hoc tibi Roma caput cū loqr̄is erat:
Qui ita laudatur a Manlio. Et cētu Tulli⁹ oris emerit⁹ cœ-
lū. Quē cū græce declamātē Apollonius rhetor audiuisset
mirabūsus paulisper obtulit: moxq; i hæc verba prupit.
te nēpe Cicero laudo & admiror: sed græcorū fortunæ me
miseret: Cū video ei quētīā quæ virtutū sola nobis græcis
relicta erat per te Romā transmigrare. ex tat luculetū epi-
grāma: dignūq; vbiq; legi quod Tulli⁹ laurea Ciceronis li-
bertus i laudē patroni cōcinavit cū aq̄s Cicerontanas ocu-
lis medētes: his versibus celebraret. Quotua romanæ videx
clarissīme linguæ: Silvia loco mel⁹ surgere iussu auiret. Atq;
academiæ celebratā noīe villā. Nūc reparat cultu sub-o-
tione vet⁹: Hic etiā apparēt lymphæ nō añ repartæ. Lāguī

da quæ infuso lumina rore leuât: Nimirũ loc⁹ ipse sui Cice-
 rononis honori Hoc dedit: hac fontes cũ patefecit ope. Vt
 quoniã totũ legitur sine fine per orbem: Sint plures oculis
 quæ mediãtur aquæ. Quid multa: Nõne & plynius Cice-
 ronẽ extra omne ingenii aleã collocat: & doctrinarũ lucẽ
 appellat: qui i vii. natu. hifto. de laudib⁹ Ciceronis luculen-
 tissimũ scripsit elogiũ Et ab oĩbus Ciceronianæ virtutis
 amatorib⁹ edicendũ: quod hoc est: Sed quo te Marce Tul-
 li piaculo taceã: quoue maxime excellencẽ insigni prædi-
 cemur: te dicente legẽ Agrariã: hoc est alimẽta iua abdica-
 rũt tribus. Tesuadete roscio theatralis seditionis autori le-
 ges ignouerunt: notataq; se sedes ignominiaẽ discrimine
 æquo aio tulerunt: te orate proscriporũ liberos honores
 petere puduit. Tuũ Catilina fugit ingeniu: tu iuicũ antho-
 niũ proscripsisti. Salue primus omniũ pater patriæ appella-
 late: primus in toga triumphũ: linguæq; laureã merite: &
 facundiaẽ litterarũ latinarũ parens: atq; vt dictator Cæsar
 hostis quodã tuus de te scripsit: omnium triumphorũ lau-
 dem ad apte maiorẽ: quanto plus est ingenii romani termi-
 nos in tantũ promouit: q̃ imperit. Hæc obiter dicta sũt de
 viro nunq̃ satis laudato: cuius libros omnis diuinitus scri-
 ptos: Vtinã tam studiose legeremus. q̃ studiose diuus Hie-
 rolymus lectifauit: qui ob id ipsum Ciceronianus ante dei
 tribunal meruit appellari. Sicut in libello ad Eustochium
 ipse meminit: & Rufinus affirmat. Cuius rei etiam mẽtio
 fit in Deactis distim. xxxvii. Nos vero ex immensa cice-
 roniana bibliothecã silua Rethoricos ad Herennium po-
 tissimum excerptimus: quos publico auditorio hoc anno
 profiteremur: in quibus præcepta docendi oratorias artes
 plurima & pene omnia ad amissim perscribuntur: quos li-
 bros quidam non ciceronis: sed alterius oratoris & potissi-
 mum cornifici esse contendunt: super qua re nũc mihi nõ
 est disputandi locus: hoc vero exploratissimum est: hos li-
 bros rethoricos: siue a cicerone cõpositi fuerũt. vt Priscia-
 nus existimat: siue ab alio nescio quo: vt nõnulli ex neote-
 ricis autumãt: esse luculeros limatos emũctos & in primis
 cõducibiles ad docendã eloquẽtiã: quã i canonicis scriptu-
 ris argẽto comperatur: quã sub nomine argẽtiã gyptiis eri-
 picã esse dñs præcepit: sicut i Pẽtateuco & maxime i Ex-
 odo a Moysẽ relatũ est: in Leuitico etiam primicias mellis

domino iubemur offerre quod tropologicè significat dulcedinè eloquentiæ: qua nulla dulcedo mellea dulcior esse existimatur: cui omnis suauitas cōparata fatiscet: & austeritatis ac amaroris plena videbitur: hoc verū esse oēs eloquentiæ professores affirmant: hoc nemo vestrum inficiabitur: vbi precepta rhetoricæ optime didiceritis. Quā nūnuli in latinum transferentes: Tum orator iā: tum oratricem nominauerūt. Eritis autē haud dubie eloquentes: si eloquentissimi oratoris volumina in manibus frequenter habebitis: si Tullianæ lectionis eritis studiosissimi. ille enī vt Quintilianus ait se profecisse sciat: cui Cicero valde placebit. Lectioni Ciceronis copulata erit lectio siluarū: quas Papini⁹ statius poeta neapolitanus: poetico quodam calore cōscripsit: vnde & siluæ merito nūcupantur. Nā siluam prisca vocarūt poemastilo & velocissimo compositum. quādo poeta calorem sequens ac impetū: ex tēpore scribit: & vt iquit Plato in musæ tripodē sedēs furoris afflatu cōcitur. Præterea silua in alia significatione: apud eruditos: accipitur p̄ vbertate ac copia rerum cateruatim cōgestarum. Vnde ait Cicero in oratore: omnis silua dicendī ducta ab illis est: & Tranquillus in libro de grammaticis reliquit inquit nō me diocrem siluā obseruationū sermonis antiqui. & diu⁹ Hieronymus in prologo Josue: & in prologo Paralypon nō siluam hæbraicorum nominū appellat multitudinē copiosissimam. in hoc vero poemate perinde ac in siluis nemoribusq; sunt cūcta cōgesta & agminatim coacata. incredibilis rerū recōditarū cōmemoratio imensa multiūque doctrinæ descriptio historiarū: ac rerū scitu dignarū luculēta narratio. In sūma q̄ plurima leguntur in siluis statii: quæ p̄phanū vulgus ignorat in quib⁹ grāmatisæ allucinatur: in quibus cōmētatores subinde labūtur. hæc & id gen⁹ reliq̄ nos ea vigilātia eo studio ea diligētia explicare conabimur atq; p̄ virili parte enotare curabim⁹: vt nullus auditorū nostrorū enarratiōes nostras merito possit criari. Cæterū quoniam ciceronis rhetoricos enarrati sum⁹: ne illotivt aiūt peccabo in ipsa penetralia ingrediamur. de Cicerōis vita & obitu pauca dicam⁹ quæ nobis voluptati sit audiuisse: vsui & ornamentō meiff: vosvt cœpistis q̄so diligēter attēdite. Dixi

Philippi Beroaldi oratio habita in enarratione
Iuuenalis atq; Salustii.

V Et utissimi græcorum viri clarissimi maximos honores constituerunt nobilibus athlethis qui in ludis olympicis pythiis istmiis victoriam reportassent. Nam cum palma & corona decorarentur, in suas mox ciuitates reuertentes quadrigis triumphalibus inuecti conspiciebantur: & quo ad viuerent vectigalibus publicis alebantur: Quod me cogitantem subiit admiratio: cur non iidem honores vel potius maiores: luculentioraq; emolumenta constituta tuerint rerû scriptorib;: qui infinitas voluptates cunctis mortalib; præstant: & de toto humano genere optime meretur: qui tãto athlethis anteponeâdi sunt: quanto animi corporibus antecellunt. Etenim ab athlethis corpora a scriptorib; animi excerpuntur: illi corpora saginât: isti animis pabulû fugerunt copiosû: & solâ immortalitatem aucupantur. Quocirca cum multû debeamus singulis singularû rerû conditoribus tum plurimû profecto debemus inuentoribus litterarû: quibus nihil præstantius: nihil excellētius: nihil vtilius vllò vnq; tempore excogitatû est. Enimvero litteris cõstat immortalitas hominû: & memoriæ fulcitur æternitas: litteræ res multis retro sæculis a multis nationibus gestas nobis ostētât. litteris cognitio omnium disciplinarû percepta est: cõmertium litterarû tolle ex hominibus: solem ex ipso mûdo sustuleris. Huius tam excellentis tam necessarij boni quisnam fuerit repertor abigitur. Alii a Mercurio litteras repertas arbitrantur. Alii a phœnicibus inuentas esse tradunt. Cuius rei argumentû est qd phœnicia litterarû elemēta primi poetænûcuparunt. In græciam autē e phœnicia litteras Cadmû attulisse ferunt: mox e græcia in latium attulere Pelasgi. Quidam autem litteras Assyrias fuisse sēper. Ecclesiastici vero scriptores ab hæbreis repertas esse cõtendunt. Idq; validissimo argumēto probare nituntur: qd videlicet apud hæbreos singula litterarum elemēta aliquid significēt quod neq; apud græcos neq; apud latinos vllò modo fieri potest. verbigratia. Prima hæbreorum littera aleph nuncupatur: quod latine significat disciplinam. Secunda beth: quod domus interpretatur. Gymel plenitudo. Deleth tabularû siue librorû. & ita reliquæ litteræ hæbreorû alicuius rei significatiuæ esse traduntur: quod neq; de græcis neq; de latinis fertur.

Hæc sūt quæ ab eruditis memorātur de origine litterarū:
quib⁹ qui ibuti fuerit: tātū illiteratis hominibus ātecellūt
quātū homines cæteris animātibus præstant. Cæterū ipse
mecū interdum quæ rere soleo: quid est. q̄ cum tot fuerint
populi. Tot gentes toto terrarū orbe diffusæ. Tam paucae
nationes in litterarum studio effloruerint. Soliq; fere græci
& italici litteras excoluerit. Nāq; plures vt ego opinor
in sola græcia Italiaq; scriptores extiterunt. q̄ i oib⁹ aliis
per lōga sæcula nationibus. huiusce rei nimirum illa potif
sima causa esse creditur: aeris videlicet subtilitas atq; tēpe
ries. Non enim temere dixit Heraclitus: aer sicci⁹: anima
prudētior & melior. hinc thebani pingues ebetesq; existi
mati sūt: q̄ thebis cælum esset crassissimū. Cōtra attici pu
tantur acutiores: q̄ Athenis aer tenuis atq; salubris. hic se
ptētrionales mētibus stupentibus esse tradūtur: q̄ propter
cæli crassitudinē: immodicūq; aeris humorem refrigerētur
quæ res haud dubie efficit animos tardiores ebetioresq;
Verū propter sanguinis humorisq; abundantiam: ferro re
sistūt sine timore: Ecōtrario qui proximi sunt ad axē me
ridianum: feruētissimis æstibus obnoxii exiguum habent
sanguinem: ideoq; timidiore sunt pauidioresq; & quāuis
sint animis acutissimis: summaq; solertia præditi: exustas
tamen habent a sole vires animorum. Nimirum hoc illi ad
est: quod philosophorum princeps Aristoteles scribit in Po
liticis: Gentes quæ in frigidis regionibus incolunt animo
quidem abundare. Ingeniū vero & artificii habere q̄ mini
mum. Asiaticos autem ingeniosos quidem esse: sed n. nime
animosos: at genus græcorum sicut i meditullio regionis
sūtū est: ita aīo polere & ingenio. Italia quoq; cū inter septē
trionale: meridionalemq; plagā collocata sit mixtiōibus
diuersis efficitur tēperatissima: quæ ad modū Iouis stella in
ter Martē feruētissimū: & Saturnū frigidissimū media cur
rēs tēperata salutaris fit. Quocirca Italia omniū terrarū
alumna ac parens nūcupatur: Eadē cūctarū gentiū in toto
orbe prima esse traditur: Quæ omnes nationes sine cōtro
uersia antecellit: Viris fœminis ducibus artiū præstātia in
geniorū claritatibus. Ipsa verō vrbs Roma vt inquit. Am
mianus Marcellinus Virtutū omniū fuit domiciliū. Cum
viri diuino pene ingenio præclari: & etiā innumerabile: in
Italia per varias ætates extiterit: Duobus potissimū tēpo

ribus q̄ plurimi effloruerūt. videlicet circa tempora Augu-
 sti & mox circa tēpora Domitiani atq; Traiani. Illa profe-
 cto sæcula aurea cognominari merito possunt: Illa foelicif-
 sīma tēpora nūcupanda: quibus Cicero: A sinus polio: Cæ-
 lius: messalla: Caluus: Iulius Cæsar. M. Varro: & mox Vir-
 gilius: Ouidius: Varro attacinus: Propertius: Tibullus: &
 iexenti doctissimi floruerunt. Altera vero ætate non pau-
 ciores extite. ūt: Inter quos Quintilianus: Duo plinii: Tac-
 tus: Trāquillus: Gellius: Martialisq; excelluerūt: & in pri-
 mis Iuuenalis aquinas: qui quēadmodū ipse poemate Saty-
 rico eluxit in hac posteriori ætate: ita in superiori Crisp⁹
 Salusti⁹ i scribēda hystoria immortalitē sibi comparauit.
 Quos ambo hoc āno ideo publice profiteri destinaui: quo-
 niā ex vtriusq; lectione. Confido auditores maximā vtili-
 tatē cum voluptate esse capturos. Nam Crispus Salustius
 ob elegantiam imitabilemq; in scribēdo breuitatem asse-
 cutus est primas inter hystoricos partes: quod epigramati-
 cus poeta illo disticho expressit. Hic erit vt perhibent do-
 ctorum corda virorū Crispus romana primus in hystoria.
 Etenim ita creber rerum frequētia est: vt verborum prope
 numerū sententiarū numero sequatur: ita verbis quorum
 nouator dictus est concinnus ita elegans ita pressus: vt ne-
 scias vtrum res verbis: an verba rebus illustrētur. Salustiū
 Quintilianus Thucydidi celeberrimo apud græcos nō du-
 bitauit opponere: in quo cum sit præcipua virt⁹ breuitas:
 vt Seneca refert: hac eum Salustius vicit: ex cuius oratione
 nil demi sine detrimēto sentētix potest. Vnde haud imeri-
 to dixit Macrobius Salustiū in genere dicendi breuissimo
 dominari. Et magnā pfecto iacturā passa est latina līgua
 deperditis Salustii libris: quibus gesta romanorū cōplecte-
 batur nobis tantūmodo supersūt illius diuini viri Catilina
 atq; Iugurta. Salustius ab Augustino ita laudatur: vt eū ap-
 pellet nobilitate veritatis hystoricū: Cuius orationes vt
 inquit Seneca leguntur in honore hystoriarum: quæ haud
 dubie volumina indicāt quāta i scribēdo maiestate quāq;
 diuino fuerit decoratus ingenio: Sed quēadmodū in hysto-
 ria eximius est Salustius: ita in Satyra eminētissim⁹ est Iu-
 uenalis: Cuius poemate eruditissimo nobis abunde decla-
 rantur: nō pauciora prisicis tēporib⁹ q̄ nostris flagitia & exti-
 tisse. Nec flagitiosos pauciores. hui⁹ itaq; lectiōe affati co-

gnosceretur: quātis vitiis illa ætas infecta fuerit: quātisq; libi-
dinibus cōmaculata: ita vt vituperatio taliū flagitiorū: no-
bis maximo esse possit documēto: vt quod turpe est fugia-
mus: quod honestū est id tota mēte capiam⁹. Ex Satyrici
poetæ lectione aperte cognoscemus id quod nos cōqueri-
mur Maiores nostros conquestos fuisse. Videlicet corru-
ptos esse mores Vigere nequitiam: luxuriam libidinemq;
dominari. Maximam profecto nobis ex hōiebit vtilitatē:
nec minorē voluptatē Iuuenalis: in quo eruditio mira est:
Varietas rerū iucūdisima: Stilus tersus. libertas Satyrica:
Sententiæ scitu dignæ innumerabiles: Laudatio Virtutum:
Vituperatio vitiorū. Enarrabimus ergo diis bene iuuanti-
bus celeberrimū satyricū & hystoricū luculentū: & pro me-
diocritate huiusce meæ quātulæ cūq; in proficēdo faculta-
tis elaborabo vt cunctis satisficiam: vt recondita illustrē:
Et ī primis quæ cōmētatoribus omīssa sunt: vel parū dili-
genter interpretata: Ea enarrare conabimur. in summa illa
omnia qualiācūq; sūt: quæ longis vigiliis & iugi labore di-
dicimus Vobiscū libentissime cōmunicabimus. Vos quæ-
so aurium operam nobis accōmodate. Dixi

Philippi beroaldi oratio habita in enartatiōe Quæstio-
nū thusculanarū & Oratii flacci cōtinens laudē musices.

Magna re est ac venerabilis: omniumq; moralium
votis expetenda Viri clarissimi philosophia
quam græci Ethicē: latini moralem nomina-
uerunt: quæ cum animorum nostrorum medi-
cina sit efficacissima: tanto reliquis disciplinis est excellen-
tior: quanto animi corporibus antecellunt. Nam cum con-
stemus ex anima & corpore: Cumq; corporis seruitio ani-
mi vtamur imperio: Magis nos decet animum curare q̄
corpus: Nihil autem peræ que pertinet ad animorum sa-
nationem: q̄ philosophia & ea potissimum: quæ de vita tra-
ctat & moribus. Siq; idem cum plures perniciosioresq; sūt
animi morbi q̄ corporis: qui dies noctesq; nostras mentes
exedunt: Cū cupiditatibus insatiabilibus sollicitemur: Cū
perturbationibus innumerabilibus simus obnoxii: hos om-
nes morbos sola sanare potest philosophia moralis. Quæ
haud ī merito vitæ dux: & virtutis indagatrix expultrix
q; vitiorū a luculentis scriptoribus nūcupatur. Cuius cu-
mētis qui fuerit ibutus: is facile casus cōtēnet humanos:

fortunāq; floccifaciet imperterritus i perturbatus iuictus.
 Et cū plura sint studia: quæ liberalia nominātur: quia ho-
 mine libero digna sunt: Hoc vinum philosophiæ studiū ve-
 re libera le est: quod homines liberos facit sublimes fortes
 atq; magnanīm os. Quocirca illi valde vituperandi esse cre-
 duntur: quorum corpora in sagina sunt: animi in macie ve-
 ternoq; tabescunt: apud quos appetitus rationi i perat: Vir-
 tus voluptati obsequitur: Corpus aīo dominatur. Quorū
 deus vēr est: quiq; i voluptatibus libidinibusq; sūmū bo-
 num collocarunt. At quanto maiores nostri prudentiores
 laudabilioresq; extiterunt: qnī virtutē ad beate viuēdū so-
 lam sufficere crediderunt: qui vnicæ philosophiæ diuitias
 omnes postposuerūt: Solam virtutē contēplantes: Soli sa-
 pientiæ inhiantes: solam doctrinā ample xātes: Inter quos
 primus Socrates philosophorū fons nūcupatus excelluit
 qui prim⁹ philosophiā deuocauit a cælo: Docuitq; de vita
 & moribus rebusq; bonis ac malis inquirere: Nam cū phi-
 losophiæ tres partes esse tradiderit eximii scriptores. Phy-
 sicen: Dialecticē: atq; Ethicen: quarum physice: quæ a no-
 bis naturalis appellatur rerū naturā perscrutatur: Dialecti-
 ce: quā rationale m nominam⁹: proprietates verborū stru-
 cturamq; requirit: Ethica quæ dicitur moralis animū cō-
 ponit atq; omnes animorū perturbationes sedat: hanc po-
 stemam Socrates complexus est: Ethicā Socrates i scho-
 lis edocuit: ethicam adamauit illustrauit: excoluit: ad quā
 cum trā sīret. illud vulgatissimū vsurpauit. Quæ supra nos
 nihil ad nos: tāq; sola philosophia moralis eēt mortalib⁹
 maxime necessaria atq; frugifera: plurimumq; vtilitatis af-
 ferret: Cum reliquas partes multum non probaret. Ideoq;
 neq; de natura rerū neq; de altioribus sublimioribusq; re-
 bus Socrates vnquā disputabat: sed de sola morali philoso-
 phia assidue differebat ac meditabatur. Cui⁹ discipulus di-
 uin⁹ ille Plato doctoris dogmata in o. anibus fere volumi-
 nibus mirabiliter expressit: Eiusq; ingenium variosq; ser-
 mones immortalitati cōmēdauit: Cum ipse litteram Socra-
 tes nullā reliquisset. Cæterum philosophia omnis ac reli-
 quæ liberales disciplinæ diu in solis græcorum gymna-
 siis floruerāt: diu a solis græcis tractatæ excultæ illustratæ
 sunt. Cum Romani latiniq; arma magis q; studia litterarū
 exerceēt: Cum imperium magis propagare q; disciplinas

percipere meditarentur. Antiquitus sophia dicebatur quae
nunc philosophia nuncupatur: Et qui hanc profitebantur
Sophi. id est sapientes appellati: primus Pythagoras philoso-
phiam nominavit sequens philosophum hoc est sapientiae stu-
dium: a quo illud philosophiae genus emanavit: quod ita-
licum scriptores appellant: ab eoque Pythagoras ut primum in
Italia philosophatus sit: Cum ionica philosophia ab Anaxi-
mandro defluerit discipulo thaletis Ionicum. Ceterum cum
indies magis ingenia graecorum efflorescerent: Cum studia
litterarum magis ac magis excolerentur: apud athenienses
illos Catos atque legiferos domicilium philosophorum consti-
tutum est. illic academia Platonis Licius Aristotelis: por-
ticus Zenonis effloruerunt: ex ea civitate complures philo-
sophorum sectae tanquam ex equo Troiano inumeri principes
prodierunt. illic academici hoc est Platonici ab academia
scola nuncupati: illic Stoici a porticu Zenonis nominati: il-
lic peripatetici ab ambulatione Aristotelis nomen sortiti
processerunt. illic secta Epicureorum: illic manavit secta
cynicorum: quos ita a probris moribusque caninis appellati
verunt: quorum princeps & auctor perhibetur Anaximenes &
illustrator Diogenes. In Atticorum gymnasiis dogmata
philosophorum didicerunt Aristippus conditor cyrenaeae
sectae Archefilarum princeps novae academiae: phedon a quo
heliaca secta proflexit: Euclides a quo megarica: & Mene-
demus: quae auctore ereticorum secta cocelebrat. & ut semel
finiam: nulli fere illustres philosophi extiterunt: qui non Athe-
nas studiorum causa proficiscerentur. Illic diu litterarum habitum
illic philosophia habuit domicilium: illic ingenuae ac libera-
les artes diutissime diversatae sunt: quae sero quidem: sed tamen ali-
quando ad romanos transmigraverunt: qui ut erant omnium utilitatum: ac
virtutum rapacissimi cognitum graecorum disciplinis incredibili
litterarum studio flagrare coeperunt: multaque philosophiam
latinis litteris excipere atque illustrare conati sunt. Sed duo
potissimum excellenti ac pene divino ingenio viri id efficere
potuerunt. M. Varro qui a Terentiano vndeque doctissimus
nuncupatur: & M. T. Cicero extra omnem ingenium aleam
collocatus: qui cum oratoriam disciplinam illustravisset: phi-
losofiam quoque sua industria illustrandam excolendamque sus-
cepit. ut qui occupatus romanis profuisset: etiam per se esset
ociosus. & cum ubique Platonis emulus ac imitator existeret

Dialogos in philosophia & potissimū morali plurimos di-
 uinitus cōscripsit: & i primis quæstionū libros quinq; quas
 a villa sua Thusculana: quæ fuerat antea Syllæ dictatoris:
 Thusculanas noīauit: quarum lectio cū sit futura auditori
 bus vtilissima ac saluberrima. Cūq; mltū eruditionis: mul-
 tū sētentiā: multum exemplorum in his cōtineatur: eas
 publico auditorio insitui profiteri: meq; facturū operæ/
 preciū esse censui si id pluribus mea idustria cognitū fieret
 & apertū: quod prius incognitum erat & obscurum. Vos i
 taq; hortor & moneo: vt Ciceronis libros lectitare edisce-
 re & i manibus quotidie habere velitis: hunc spectemus: hoc
 propositum nobis sit exemplū: ille vt Quintilianus ait se
 profecisse sciat: cui Cicero valde placebit. Cæterum q̄tum
 Ciceronis lectio nobis vtilitatis ē allatura: tātū carmīa Ora-
 tii flacci modulata afferent iucūditatis: & quēadmodū phi-
 losophia salubris ē: ita musica delectabilis. Cuius dulcedie
 cūctā viuētia capiūtur: cui⁹ origo cælestis mēoratur: ipsius
 q; rōne mūdū eē cōpositum pythagoricū vulgauerūt. Vnde
 Theologi nouē musas eē dixerūt ppter octo spherarū cæ-
 lestiū musicos cōcētus & vnā maximā continentia: quæ cō-
 stat ex omnibus: quā armoniā nominauerūt Cælumq; ipsū
 canere asseruerūt. Musicam antiquis illis temporibus inue-
 neratione maxima fuisse memoriæ proditum ē: ac maxi-
 mos duces fidibus tybiusq; cecinisse: quinetiā apud priscol
 tā græcos q̄ Romanos in cōuiuiliis post cænam lyra circū
 ferebatur: qua laudes atq; virtutes viroū fortiiū canebātur
 quā cum olim themistocles recusasset habitus est indocti-
 or. Cōtra laudatus Epaminōdas q̄ Cytarizare & cātare ad
 chordarū sonū esset eruditus Socrates quoq; iā senio con-
 fectus insitui lyra non eribuit: & Plato ciuili viro quē poli-
 ticō vocat: musicā credit eē necessariā. Et Aristoteles i po-
 liticis autor est Musicā inter disciplinas ingenuas esse col-
 locatā quā vna cū litteris & gymnastica adolecētes prisca
 tēporibus discere cōsueuerūt. & si volumus (inquit Idem)
 degere i ocio. Musica est adhibēda: quæ habet naturalē vo-
 luptatē quæ ex iucūditate est: quā Museus dulcissimā dixit
 esse mortalibus: Musica antiquitus sacrificiis ac funeribus
 adhibebatur. Musica curas abigit: clēmētiā suadet: & ad le-
 niēdos affectus plurimum valet: & vt inquit eleganter apud
 philontratū Canius tybicē: Musica mirceētibus adimit mee

rorē: hylates efficit hylariorē: amatorē calidiorē. religio-
sum ad deos laudādos paratiorē: eademq; variis: moribus
accommodata animos auditorū quocūq; vult sensū trahit.
Pythagoricis certe moris fuit aīos ad lyrā excitare vel leni-
re: neq; solum perturbationibus animorū: sed etiā corporis
morbis medetur musica modulatio: Cū ad febrē quoq; ac
vulnera cantiones quottidie adhibeantur: Quapropter lau-
dandus est Xenocrates: qui organicis m̄ dulis lymphati-
cos liberabat: & Asclepiades: qui tubarum cantu surditū
medebatur. Theophrastus quoq; ad effectiōnes animi mo-
derādas: tybias adhibuisse fertur: Quinetiā traditum est Ta-
letē Cretensem cytharæ suauitate morbos: ac pestilentiam
fugauisse & cantus tybicinū mederi creduntur ischiaciis: & i
in strumento veteri scriptū est: quē ad modum dauide cytha-
rizante Saul refocillabatur a furore dementiæ: quo idē tidē
corripiebatur. Quid nōne bella musicis modulationib⁹ ac-
cenduntur? quid aliud i. R. legionibus litui tubæ cornuq;
moliebantur? Quorū cōcētus equos militesq; pariter acue-
bat. Præterea cretenses ad cytharā dimicabāt: Lacedemo-
nii i græcia: i Italia Sybaritæ ad tybias. Nonne amazones
ad calamos arma tractabantur? nōne halyattes lydorū rex
vt auctor ē Herodotus i exercitu habuit cōcūctes fistula-
tores atq; fidicinas? Thymoteus quoq; Musicus erit Ito-
rū præconio celebratur: & Alexandrum magnū musici cā-
tus modulatione ad arma corripieda inflāaret idē inflam-
matū mutatis modulatis cohiberet. Quid vacis munia
nōne apud antiquos musicis cantibus celebrata fu- re? Ete-
ni plures græcorū ciuitates vt Martianus affirmat ad lyrā
leges decretaq; pu. recitabant: Quid multa? Musices disci-
plina nō solum hoies verum etiā bruta animalia demulcet
cerui fistularū cātu capiūtur. Delphines musica arte mulcē-
tur. Aues fistulis alliciūtur. Architectus quoq; cytra musi-
cen perfectus nō ē: quæ i primis efficax est vt inquit Vic-
truius ad balistarum catapultarum scorpionū temperatu-
ras: hydraulicas quoq; machinas efficere nemo poterit sic
musices ratiocinationibus: Cum ergo iter homines reliqua
q; animātia musicæ rāta sit dñatio: eiusq; dulcedine capia-
tūr omne quod viuūt: Celeberrimi scriptores extiterūt: qui
ad lyrā carmīa cōponerēt: & rythmis musicis numer- sisq;
modulationibus sua scripta cōtexerēt. Quod nō solū agræ

cis latinisq; Verum etiam ab hæbreis factitatū. Tāta quip-
 pe est suauitas tātaq; voluptas musicæ modulatiōnis. Quid
 enim psalterio Dauidico modulati⁹? Quid canorū magis?
 Quod in morem Oratii Pindariq; decurrit? Quid de utero
 nomii & Esaiæ cātico pulchrius? Quid salomone grauius?
 Quid perfectius Job? quæ omnia hexametris & penthame-
 tris versibus vt eruditi testantur: apud hæbreos cōposita ci-
 tra Salebrosam spredinē progrediuntur. Cæterum cū āti
 quiores numeri rñsticis & iconditis similes essēt: potica vt
 auctor est censorin⁹: veluti legitima musica cōpositior ma-
 gisq; modulata proflixit: quæ modulatione metrica aspe-
 ritudinē leuigaret & cūcta venustaret. etenim rythmos nu-
 merosq; musicos ac pædes peculiariter cōplexi sunt: poe-
 tæ illi qui lyrici cōgnominātur ab eo quod ad lyram illorū
 carmina cōdecenter canebantur: quorū apud priscos tanta
 fuit copia ac tātus numerus: vt Cicero neget si sibi duplice-
 tur ætas se habiturum tempus: quo lyricos poetas omnes
 perlegat: quorum apud græcos longe pindarus princeps ex-
 titit: apud latinos Oratius: qui vt auctores Quintilian⁹ fe-
 re. solus lyricorū poetarū legi dignus est. nam & insurgit: a-
 liquando & plenus est iucunditatis: & gratiæ & variis fi-
 guris & verbis foelicissime audax. Idem iu Satyra scriben-
 da tersus & purus: & ad notandos hoim mores præcipuus
 i: eo graues crebræq; sētentiæ. Eruditio variā & multiplex:
 elegātia cum nitore tersissima. Oratii itaq; poema canorū
 non minus d-lectabit q̄ proderit. Non minus animo q̄ au-
 ribus pædulū suppeditabit: Cuius lectio non minus frugi-
 fera erit q̄ iucunda. Ego vero pro viribus connitar in enar-
 ratione Ciceronis & Oratii cunctis auditoribus satisfacere
 & nihil earum rerum prorsus omittere: quæ ipsorum decla-
 rationi sunt futuræ accōmodatæ. Vos ipsi testes eritis locu-
 pletissimi: quos omnis rogo & hortor: vt tam libenter audi-
 re velitis: q̄ nos diligenter cuncta enodare curabimus. Sed
 iam nonnulla scitu digna de Cicerone dicemus: paulo post
 de Oratio flacco dicturi: Vos vt cæpistis qua so attente au-
 diatis. Dixi.

Philippi Beroaldi oratio habita in enarratione Persii
 poete Satyrici:

Multæ res sūt parui corporis Viri Clarissimi: que
rebus magnis proculdubio anteponuntur & mi-
to præciosiores esse iudicantur. hoc i primis gē-
mæ lapilliq; testantur. Quid enim est minutius
carbunculis: quid breuius adamantis: quid hiacinto ma-
gis pusillum: & nihil tamen his præciosius nobiliusue repe-
ritur. Scribit eloquentiæ parens Homerus Tideum paruo
fuisse corpulculo decoratum: In quo tamen anima esset ma-
xima & vires ingentissimæ. Vnde decēter in priapeis a po-
eta scriptum est:

Vtilior Tideus: qui si quid credis Homero:

Ingenio pugna Corpore paruus erat.

Et a papinio non minus vere q̄ disertè dictum.

Maior in exiguo regnabat corpore virtus.

Et Xantipus lacedemonius: qui breui statura erat ita lau-
datur a Sylio.

Exiguus vigor admirabile membris:

Viuidus & magnos nisu qui vinceret artus.

Enimvero mihi curiosissime circumspectanti & diligentissi-
me p̄s̄rati videtur res fere omnes virtute magis q̄ magitu-
dine æstimandas esse ac metiendas: neq; quæ redū cantus sit
quisq; sed qualis: neq; q̄ procerus: sed q̄ probus ac eruditus
quis nūq; librum laudauit ob id tantūm q̄ magnus foret
ac copiosus: quis orationē duxit eē luculēta propterea q̄
verbosa esset & enormis: quis poema ob magnitudinē; v-
bertatemq; celebrauit ūq;: nemo mediūssic. asvel modice
eruditus id asseruit. Immo cōtra laudamus libellos qui sūt
diserti eruditi & doctissime cōcinnati: eosq; haud dubie a-
teponimus maximis voluminibus: in quibus nulla sit eru-
ditio nummaq; faciētia. huiusce autem rei nobis locupletif-
simū quotidiē testimoniū exhibet Persius poeta Satyricus
qui quāto minor est: tanto est elegantior: quāto minus ha-
bet ponderis: tāto plus habet auctoritatis. Vnde luculente
cecinit epigrammaticus poeta Martialis.

Sæpius in libro memoratur persius vno:

Quam leuis in tota marsus amazonide:

Et de eodem Quintilianus ait. multum & veræ gloriæ q̄uis
vno libro Persius meruit. & a diuo Hieronymo Satyricus
disertissim⁹ nūcupatur. nec imerito. nā & sanctitate libe-
di & sententiāū grauitate & verborū pondere & Satirica vrba

nitare nulli postponendus esse videtur. ifectatur vitia: Sotes
 Carpit: præceptis legentiū animos sanctissimis format & i
 buit aliquātō subobscurus esse creditur: ppter hominū tē
 porūq; inscitā & rerū ignorationē. Sed si quis curiosi⁹ poe
 ma luculētum itrospererit procudubio cognosceret id esse
 teriffimū atq; elegātissimū: quod vt opinor: vbi a nobis e
 narratum fuerit: facile omnes iudicabitis veriffima eē quæ
 dicimus: & profecto post enarrationē Iuuenalis: nullus no
 bis scriptor magis idoneus ipso Persio occurrere potuiffet
 vterq; Satyricus: vterq; in eodē scribendi genere versatur:
 vterq; vitæ mortaliū formādæ accōmodatiffimus ē. Enar
 rabimus itaq; diis bene iuuātibus Persium Satyricum poe
 tam: Cuius opusculum nō min⁹ nobis iucūditatis dabit: q̄
 vtilitatis: qui nō minus gratus erit vobis audiētibus: q̄ no
 bis enarrātibus. Sed ne morosior sit prologus q̄ poema tā i
 terpretationē ipsam iceptabimus. Vos quæso diligenter at
 tendite. Dixi.

Phillippi Beroaldi oratio dicta apud rectorē scholasti
 ci conuentus ineuntem scholasticam præfecturam.

Maiores nostri qui rem publicam Bononienses in
 stituitis optimis legibusq; formarunt: Cum vide
 rent bona animi corporis bonis longe esse ante
 ponenda: solertissime ac prudentissime sanxe
 runt: vt gymnasia constituerentur: quæ essent domicilia do
 ctinarum: & asyla bonarum litterarum: in quibus viri sapi
 entes ac eruditi ingenuas disciplinas profiterentur: Sed qui
 sine gubernatore nauigium periclitatur: Sine auriga qua
 drigæ præcipites ruunt. Sine rectore cuncta labascunt at
 q; vacillant: Ideo iidem illi conditores annuos gymnasi
 archas hoc est præfectos gymnasii litteratorii esse volue
 runt: qui ordini scholasticorum honestissimo præficeren
 tur: qui cuncta ad scholasticos pertinentia auctoritate re
 gerent: prudentia penitent: dexteritate moderarentur.
 Mos hic optimus tāq̄ permanus potterorum in hodi
 ernum vsq; diem propagatus est: nupertimeq; omnium suf
 fragiis atq; consensu designatus fuit Rector viriusq; scho
 lasticiconuentus: hoc est tam italicorum q̄ prouincialium
 Vir Magnificus ac circumspectiffimus Thomas Anglicus:
 vel vt latine loquar Britanicus qui & natalibus & familie
 nobilitate clariffimus est: idem fortunæ bonis opulentus:

Animi dotibus excellens: Cui genitale solum Anglia est:
quam maximā illustrissimamq; esse insularū null⁹ ignorat
Cui antiquitus albion nomen fuit: quā mox britaniā nūcu-
pauerunt: a qua omnes vicinæ insulæ britaniæ noiatae fue-
runt. Angliam vulgo recentiores appellitant regio est clara
latinoꝝ græcorumq; monumētis: fœcunda frugibus Co-
piosa pectoribus: Referta auri argenti Plumbiq; metallis
ex qua escaria vasa generosa olim roma^m missita bantur:
quæ bascaudæ ab eruditis nuncupantur. externorum im-
perium semper a^lpernata: indigenis contenta principibus
ingenia britanorum non fraudulenta sed simplicia lauda-
uit antiquitas. In re militari præstā^lissimi fuerunt. Nō equi-
tatu modo peditatuq; polentes: sed etiam curtibus: quos
partim couinos vocitant partim effeda instructi prælia-
bantur: quo genere pugnae vsi sunt/ aduersum. Cæsarem
dictatorem belligerentes: Inde Effedarii, Couinariiq; ab
hystoricis nominari. In fugiis litterarum neq; hebetes ne-
q; obruli iudicati sūt. Cum ex aere temperato ingenioꝝ
acumē vegetetur: hinc vt opinor exiit illud vulgatissimū.
Gallia/ cauldicos docuit facunda britanos.
dies me deficeret si singillatim minutatimq; recēdere vel-
lem: quibus dotibus ac bonis fuerit decorata britania: vel
vt a neotericis dicere didicimus: Anglia: quæ per longa re-
tro sæcula multos viros generosos procreauit: hac vero tē-
pestate hominem nobis dedit, summa nobilitate: summa
dignitate summa virtute præditum Thomam: qui hodie
no die Init magistratum honoratissimū gymnasticæ præ-
fecturæ gubernacula moderaturus: vt non solum: pro re-
ctore: sed etiam pro rectorib⁹ præsit scholasticis tam ita-
licis q̄ prouinciālibus: & instar boni gubernatoris nauigi-
um dirigat in portum tranquillissimum. Ingenui: hominis
mores: Auita nobilitas: adolescentia modestissima probi-
tas circumspēcta. Virtus excellens pollicentur ac spon-
dent habituros nos talem rectorem: qualem nec probatio-
rem nec meliorem nec amabiliorem optare possemus. Su-
perest vt scholastici omnes ei præsto sint ac optemperent
tanq̄ legitimo Rectori: vt ipsi ab eo tanquā scholastici ha-
beri mereantur. Scitum est illud domitii oratoris. Cur ego
te inquit habeam vt principem: cum tu me non hab. s vt
Senatorem: illud corpus bene compactum est in quo capi

ti membra consentiunt. illa res publi. optime instituta : in
 qua deteriores melioribus obsequuntur: ille scholastico:
 rum conuētus bene moratus beneq; cōstitutus iudicatur
 in quo scholastici rectorem venerantur: rectori præsto sūt
 Ectorem tanq̄ ducē affectantur. hoc si fiet: ordo schola
 sticorum erit apud nostrates fauorabilior: Rector ipse ve
 nerabilior: & Gymnasio Bononiensi pristina dignitas re
 stituetur: quod olim gymnasiis Atticorum Alexandrino:
 rum atq; tharsensium: quæ antiquitas admirata est meruit
 æquiparari. Te autem clarissime Rector. non moneo. non
 hortor. nec enim tu meæ idiges aut monitionis aut horta
 tionis. sed tuapte sponte currente: incito stimulo impello:
 vt tutelam gymnasiū gymnasticæq; dignitatis tota mēte
 suscipias: sui ceptam ita foueas ac modereris: vt celeberrimus
 hic ordo scholasticorum tua diligentia. probitate vi
 gilantia conformemur. augeatur. Illustretur. nō deerūt tibi
 suffragatores ad omnia peragēda illustres principes mei
 Bentiuoli cum genitore ablente præsentēs filii: quorū ful
 gorem nuper fortuna paulum obnubilauit: vt purior dein
 de lucidiorq; enitesceret. Sicuti solem videmus. interdum
 post dispulsam nebulam: post dissipatas nubes: post edomi
 tam coacti aeris crassitudinē. fulgere splendidius: Radiare
 flagrantius: Torrere vehemētius: Tu magnifice rector eni
 tere meditare contende. vt expectationi: quam de te conci
 tasti satisfacere. id erit tibi tuæ genti maximo ornamento
 & successoribus exemplar esse poteris ad imitandū. Dixi.

Philippi beroaldi oratio habita dū Rector scholasti
 cus nomine Melior accepit magistratus insignia.

Gregia res est Viri præstantissimi atq; laudabi
 lis Rebus omnibus administrādis aliquem præ
 ficere qui cuncta a prudenter examinet: docte
 dispenset: sapienter administret: Cuius nutui ac
 iussis reliqui obediant atq; obsequantur quem vnum cun
 cti sectentur vt ducem. colent vt principem Reuereantur
 vt rectorem. hoc i rebus etiā minimis licet inspicere. na
 uis vnum habet gubernatorem: Cuius peritiæ nautæ om
 nes ac regimes obsequuntur. Arx vnum habet præfectum:
 qui reliquos custodes in officio continet: Et nullus ab ei⁹
 præscripto vel dīgitem transuersum discedere tentat. Et
 d. i.

vt ad maiora veniamus. Nulla ciuitas bene potest gubernari sine magistratibus: Nulla castra sine imperatoribus. Nulla prouincia sine praesidibus. nihil est profecto praestantius. nihil utilius bono sanctoque rectore: qui subiectis concordiam suadeat. bonitatem laudet: Virtutes praecipiat & officia capeffenda praescribat. Merito itaque viri clarissimi laudandi sunt Bononienses: qui inter reliqua sancte prudenterque instituta hoc in primis sanxerunt atque instituerunt vt ornatissimus ordo scholasticorum rectorem habeat: qui sua prudentia atque solertia cunctos reget ac moderaretur: qui faciendam praeciperet vitanda monstraret: sub cuius oculis atque vigiliantia scholastici vitam in litteris quieteque traducerent: & illius praecipitis obedienter obsequerentur: hoc cum per multos annos diligentissime in vrbe nostra custoditum sit. Nuper quoque vt maiorum vestigia custodieretur: Designatus fuit rector vir praestantissimus & omni laude cumulatissimus: qui celeberrimo scholasticorum ordini praeficeretur: de cuius virtute moribus atque praestantia abunde iudicatum esse videtur: Cum eum non solum pro rectore: sed etiam pro rectoribus elegerint & omnibus suffragiis declararint: qui solus officio fugeretur vtriusque rectoris: & illius qui italicis scholasticis praest: Et illius qui prouinciales moderatur. Ego vero viri circumspicissimi magnopere laudo consilio multorum: qui vice duorum praefectorum vnicum tantum praefectum scholasticorum creandum esse duxerunt. Neque enim ulla potestas potest habere consortem. & hoc nobis ipsa rerum natura demonstrat. Rex vnus est apibus: & vnus in gregibus: & in armentis rector vnus: Vnum grues ducem sequuntur ordine litterato. Quid multa? vnus est mundi rector atque gubernator beatificus inominabilis vltra mundanus: qui solus cuncta ratione dispensat. virtute gubernat: nutu moderatur: Talis itaque erit in laudatissimo scholasticorum ordine regendo: hic nuperus rector: qualis est in gubernanda naue gubernator. in custodienda arce praefectus. in regenda ciuitate magistratus. in administranda prouincia praeses. hic cum in iuuenili aetate nestorem habeat sapientiam: Cum bonitate nomini respondeat: cum sit ex omni parte laudabilis: omnia illa strenue & diligenter efficiet: quae magistratui suo accommodata: quae clarissimo ordini scholastico conducibilia. quae honori & dignitati conuenientia esse cognoscuntur.

scet:Valete.

Philippi beroaldi oratio ad Tribunos plebis.

Nihil mihi Viri clarissimi solet esse iucundius, ni-
 hil antiquius. q̄ in celeberrimo conuētu qualis
 hic est: q̄ coram magistratibus: quales estis vos
 le re publi. capessēda contionari: de qua is quo-
 q̄ bene mereri videtur: qui oratione vitur ad animos eo-
 rum: qui magistratū ineunt incitandos: Cotis vice fungēs:
 quæ vt inquit Orati⁹ Cū ipsa exors secandi sit: ferrū tamē
 acutū reddere potest: quāobrem hodierno die hoc dicendū
 munus mihi intinctū libentissime subiui: & eo quidē liben-
 tius q̄ de magistratibus qui sacrosancti: de Tribuntia pote-
 state: quæ amplissima: de Tribunorum iure: quod populare
 est: mihi dicendum esse video: nec ignoro quid hic locus:
 quid ista contio: quid dignitas vestra postulet: & quid me
 ipsum dicere videatur: quocirca diligentissime prospiciā: vt
 neq̄ ieptus appareā neq̄ nimis effulus neq̄ nimis astrict⁹
 fuisse depræhedat: & vt ordini tribunorū satisficiā pro vi-
 rili parte conabor: qui inter cæteros populariū magistra-
 tuū ordines est eminentissimus: quod sacrosanctū collegiū
 haud dubie declarat: maiores nostros multa per se pruden-
 tissime cōstituisse aut accepta ab aliis meliora reddidisse.
 Nā quāta inter Romanos Tribunos & nostrates: qui ab il-
 lis fluxerūt differētia sit quæso diligēter attendite.
 Romanis discordiæ ciuiles & iustina dissensio Tribunos
 ple. pepererūt: quādo in sacro monte Romana plebes: quæ
 a patribus vexata secesserat: peculiāres sibi magistrat⁹ cre-
 auit: Qui Tri. plebis nūcupātur. Nobis vero iura leges at-
 q̄ cōcordia Tribunos ple. tradiderūt. Apud Romanos ne-
 mini patricio Tribunatum capere licebat vtpote plebeium
 magistratum. Idioq̄ Clodius perniciosissimus. Tri. ple. lu-
 dicatus: Qui relicta claudia gente patricia. C. Fonteio ho-
 mini plebeio se in adoptionem tradiderit vt Tribunatum
 cōsequeretur. At qui apud nos plebei patriciūq̄ promiscue
 Tribuni designantur. nullo liuore: nulla contentione: nul-
 la discordia. Romæ ab initio Tribuni tres tantūmodo fue-
 runt a quo numero Tribunos nominatos iure cōsultus opi-
 natur: vel vt liuius Dyonysiusq̄ tradiderunt quinq̄: quorū
 numerus ad decē vsq̄ peruenit: quibus annua est finita po-
 testas. Nostra autem ciuitas cum in regiones quattuor di-

d. ii.

ſtincta ſit: ex ſingulis quaterni eliguntur: quorum auctoritas
quattuor meſium interuallo concluditur: ita ſit vt quotan
nis duo de quinquaginta. Tribunos ciuitas noſtra ſortiat
quæ cū a Romanis. M. fuluio & C. Manlio cōſulibus Co
loma latina deducta fuerit in creandis magiſtratibus & po
tiſſimum Tribunis religioſior atq; ſæcundior ipſa parēte
fuiſſe cognoscitur. Quanto Bononiēſes beatioreſ Philip
pus macedonum rex inclitiſſimus eſſe di. ſſet: qui beatos
Athenieſes nūcupabat: & ſingulis annis prætores decē cū
imperio crearet: & ex ſuis ciuibus facillime reperirēt. Præ
tereā apud Ro. Tribunorū ple. poteſtas magis ad impediē
dū q̄ ad agendū erat accōmodata: vt Plutarchus & appia
nus memoriæ prodiderūt: & vt Cicero meminit ita cōſuli
bus erant appoſiti. Tri. quēadmodū apud Lacedemonios
ephorū aduerſus reges collocati: Et cū Tribunis intrare cu
riam nō liceret: ante valuas poſitis ſubſellis Senatus decre
ta penſitātes q̄ plurima reſcindebant nec rata eſſe patiebā
tur. Cōtra noſtri quæ agenda ſunt agūt. Quæ omittēda pa
riter omittūt: Conſulibus vero aliisq; magiſtratibus adeo
cōiuncti adeo cōuexi: vt ad res q̄ plurimas obeſidas illis ad
iutoribus vtatur: & nō pauca ex illorū cōſilio adminiſtra
re cōperiantur. Quāto ergo veſter o Tribū q̄ Romanorum
Tribunorum maior eſt ordo quāto numeroſior quātō cō
poſitior: tāto vos magis eniti decet ac elaborare: ne virtu
te ac rebus agēdis inferior iudicetur. Et quoniā diſcordia
ordinū venenū eſt ciuitatū: Quæ Romanos. Tri. cum con
ſulibus altercantes ſæpiſſime labefactauit: Vos c. cordiā
potiſſimum cuſtodite. ſit inrer vos omnes ī adminiſtrāda
re pub. ſtabilis & firma cōſenſo. more atq; animis veſtris
verſetur ſemper ſaluſtiana illa ſententia: qua hyſtoric⁹ ille
clariſſimus demonſtrauit. Concordia paruas res crescere:
Diſcordia maximas diſſipari: ppter quā. M. agrippa ſe vi
rum bonum factū eſſe gloriabatur. Vobis exemplo ſit
prudentiſſimum illud Siluri factum: Qui. lxxx. filiis deco
ratus cum iam morti proximus eſſet: Virgarum faſcē vni
cuiq; natorum portexit iubens vt illum confringerent. Id
autem ſingulis facere nequeuntibus: ipſe ſigilla tim virgas
omnes facile confrēgit: quo callidiſſimo cōmento ſolertiſ
ſim⁹ pater filios admonuit eos firmos ac potētes tā per
futuros: dū inter ſe cōcordes & animis cōglutinati eſſe per

ieuarent: imbecilles vero & infirma si discordia se iuge
 rentur. O diuina concordia vis quae dissipata connectit itur
 ma corroborata: in qua magistrat⁹ non salutes: sed detri
 meto in suis vrbibus efficiuntur. Conspirare itaq; Tribuni
 & vno consensu descende ad rem publi capellenda: quae
 omnibus profecto rebus anteponea est: Cuius causa. M.
 lepidus. Cum. M. fuluio Collega: quo die censor factus est
 homine inimicissimo statim rediit in gratia: & simulatas
 inimicicias deposuit. iduente personam publicam exiuit
 priuatam: Mens vestra praeter publicum commodum nihil
 spectat: huc oculos: animum: cogitationes: huc studia vestra
 conuertite: aequitate vero in primis custodite & iusticia am
 plexamini: Sine qua vt inquit Augustinus: Reges Tyranni
 nuncupantur. Sine qua optimatum consensus factio est: Si
 ne qua nec domus nec ciuitas nec hominum genus vniuer
 sum: nec ipse mundus consistere potest. iusticiae patrocinari
 est ipsam virtutem colere. Cuius haec vis est efficacissima:
 Hostem esse atq; inimicum hominum morumq; malorum:
 Contra defensorem pominum morumq; bonorum: Como
 da praeterea patriae tibi prima putare: Deinde parentum:
 tertia iam supremaq; nostra. Quos lucilianos versus Tribu
 ni non solum vobis edicendos: sed quotidie in manibus
 in ore in intimis praecordiis habendos esse censeo: & licet
 Cryssippus imaginem iusticiae faciendam esse docet: forma vir
 ginali: aspectu vehementi: luminibus: oculorum actoribus: ita
 oportet magistratum: qui iusticiae antistes est: esse graue san
 ctum incorruptum: contra improbos nocentesq; inexorabile.
 enimvero concordia & iusto magistratu nihil praestatur⁹ ni
 hil vtilius in bene constituta re pub. reperiri potest. Discor
 dia vero & iniusto nihil perniciosius. Concordes duce iusti
 cia. R. P. seruant incolumem. Discordes iniusticia dominante
 labefactant & euertunt. Estote ergo Tri. Iusticiae cultores a
 certissimi: & aequo honestoq; patrocinamini. in hoc versetur
 oes vestrum ocium omne negotium: in hoc quies & labor repona
 tur. in hoc studium & diligentiam collocatote: si quoad fieri po
 test magistrat⁹ vester portus bonarum scopol⁹ reorum: & quo
 niam Tribunus popularis est magistratus populares vos ple
 bicolasq; praebitote: & populi comoda pro virili parte de
 fectate Caeterum cum plures sint rerum publicarum species: Platone
 & Aristotele principibus ita tradentibus: Cum sit principat⁹ re
 d.iii.

gius quā monarchiam appellāt: cum sit optimatum quæ
græce Aristocratiā nūcupatur: cū sit popularis status Cui
Democratia nomen est: cum sit oligarchia id est paucorū
quando magistratus a cēiū eligūtur: cum sit etiā tyrānica
administratio: vestræ sunt partes tribuni vestrum munus:
vestræ est diligētia: vestræq; vigilantia eniti cōcedere ela
borare pro virib⁹: vt p̄cipat⁹ huius vrbis: qui ex aristocra
tia democratiaq; cōpositus est: nulli aliorū n̄ cædere nulli
postponēdus esse videatur. Tribuni p̄ populo excubare de
bent: & munia rei pub. s̄ aluberrima capere id quod pri
scorū romanorū instituta declarant: quibus nullū diem in
tegrum tridunis plebis abesse roma licebat: quæadmodum
nec prouinciarū rectores extra prouincias abnoctare iura
permittūt: vt videlicet sēper p̄sto essēt: & si quando op⁹
foret: ne vnq̄ eorū opera a plebeis desideraretur. hinc etiā
ianuæ antiquitus die noctuq; patebāt tribunorū: tāq̄ por
tus et refugiū laborātibus semper paratū esset: quib⁹ foret
opitulandū: quin etiam tribuni purpurā minime gestare cō
sueuerūt: vt popularis magistratus in oī victū ac cultu po
pularibus similis cōspiceretur. Et vt Curio dicere solebat
tribuno cōuenit præbere se multitudini cōmodū atq; tra
ctabile & in aduēdo se facile: quod etiā a iuris cōsulto nō
solū de p̄siede: sed de omnibus quoq; magistratib⁹ dictū
esse existimare debem⁹. plurimū in re pub. administranda
valet magistratus: maxima in rebus obeūdis est magistra
tus autoritas. quod in oculo pupilla: in nauī gubernator: i
quadrigis auriga: hoc in ciuitate pollet magistratus quem
admodū oculorū acies sine pupilla ebetatur: sine guberna
tore nauis periclitatur: sine auriga currus sæpe cōuertitur
ita sine magistratibus ciuitas labascit atq; vacillat. Quid
enī aliud significat magistratus: q̄ rectorē ac rei pub. mo
deratorē. Vnde a magistrādo id est moderādo magistrat⁹
nomē ipsū deriuatur. Et quæadmodū magistratibus leges:
ita populo p̄sūt magistrat⁹. Et quæadmodū legē dīcim⁹
mutū eē magistratū: ita elegāter & vere dici pōt magistra
tum legē esse loquētē. Vos ergo Tri. qui magistrat⁹ estis &
quidē sacrosācti: rebus moderandis incūbite: publica com
moda pro virili portione fouere: & quod rectū erit id so
lū vtile existimatote: & quod iure iurādo astricti facturos
vos esse promittitis: Id rebus comprobate. Imprimisq; si

uina illa Catonis censorii verba semper in memoria atq; i
 pectore habetote. Si quid vos per laborē recte feceritis la-
 bor ille a vobis cito recedet: bene factū a vobis dum viue-
 tis non abscedet. Sed si quid per voluptatē nequiter fecerit-
 is, voluptas cito abibit: nequiter factū illud apud vos se-
 per remanebit. Ita tribuni ad bñfaciendū mētē studiū ope-
 rā industriā applicantes: vobis honori: amicis ornāmēto
 rei pub. vtilitatē & posteris exēplo esse poteritis. Dixi.

Ad illustrissimum principem Ludouicum Sphortiam
 Philippi Beroaldi epistolium.

Quemadmodum partorum regē nemo sine mu-
 nere salutatur: ita ego te illustrissime princeps sa-
 lutaturus attuli tibi pro munusculo panegyricū
 quem leta fronte ac hilari vultu accipias queso.
 Non enim minus regia res est pauca benigne ac comiter
 accipere: q̄ magna largiri. Multa ideo pretiosa existiman-
 tur: quia diis immortalibus sunt dicata. Libellus hic ad fa-
 mam fortasse perueniet: quia tuum clarissimum nomen ge-
 stat in titulo: cum alioquin subire posset infamiā. quicquid
 id est qualecumq; est boni consulito: & cum ociosus eris
 ac feriatas ab occupationibus rerum amplissimarum: qui-
 bus iugiter distineris: tunc in manus accipito: & succisuis
 tēporibus perlegito. In summa cum nihil agere voles: hoc
 agito. Dii faxint vt istud sit perpetuū pignus ac monumē-
 tum meæ erga te fidei ac obseruantię. Vale & me qui tibi
 mancipatus sum in clientelam ascribito.

Philippi Beroaldi panegyricus ad illustrissimum prin-
 cipem Ludouicum Sphortiam.

Sæpenumero ipse mecum dubitavi illustrissime
 princeps Ludouice Sphortia vtrum ne fortuito
 ac casu principes terris darentur: an ab omnipō-
 tentissimo rerum omnium conditore deo tra-
 derentur. Sed hæc omnis iam ex animo sublata dubitatio
 est: postq̄ tu inelytissimi ducatus Mediolanensis habenas
 gubernare cœpisti. Lique enim te principē diuinitus cōsti-
 tutū. Tu ab ipso deo repertus electus atq; missus eē videris
 ad hoc amplissimum imperium moderandū: quod aliquā
 diu rectore viduatū labasse atq; titubasse accepimus: sicuti
 cyrbasine gubernatore a procellosa tempestate depræhē-
 saliter fluctus vndabūdos agitur. Deus itaq; cū labati ac
 d.iiii.

nutabūdo insubriū statui subuenire ac opitulari vellet: te
vnū ex omnibus potissimum delegit: qui tua singulari vir-
tute fulcires titubātia: recreares afflictā: sedares tumultuo-
sa: qui deniq; cūcta redigeres ad tranquillitatē: Non pote-
rat mediū fidi⁹ illustrissim⁹ dux adhuc pupillus adhuc pu-
er tutorē proximiorē: sanctiorē: cordatioremq; vsq̄ repe-
rire q̄ Ludouicū Sphortiā: qui cōsāguinitatis gradu artifi-
simo coniūctissim⁹ est: vtpote germanus i⁹ ius genitoris:
qui probitate: innocētia: integritate: nulli principū postpo-
nendus est: qui prudētia solertiāq; tanta splendescit: vt cor-
datus merito cognominari possit: hęc sumatim & in trās-
cursu magis signata q̄ dicta: latius iā explicanda sūt: & co-
piolius enarrāda: quod vt cōmodius luculentiusq; perfi-
re possim: vellē mihi a diis immortalibus dari fluuiū Tullia-
næ eloquētiae: & torrentē Demosthenis facundiā. grādes
enī materias ingenia parua nō sufferunt: & in ipso conatu
subinde succūbunt. grādīs imo ingēs hęc est materia quā
aggredior. Ingeniū mihi perq̄ mediocre: nec ificior vires
tenuissimæ. Sed in magnis voluisse abūde magnificum ac
pulchrū existimatur etiā si asse qui nequiuertis: proinde hoc
nos ausos esse nō improbabis illustrissime princeps etiā si
vires ipsæ defecerit. Cæterū nō auspicabimur laudes tuas
a cunabulis ipsiq; crepūdiis: sicut nōnulli laudatore. fa-
ctitare cūfueuerūt: nō stēmata generosissimæ familiæ recē-
se bim⁹: de qua melius est tacere q̄ pauca dicere: non fortu-
nas luculentissimas: neq; eximias corporis de is referem⁹
q̄ neq; tu magni facis: neq; iter p̄cipes solus possides. ni-
hil nisi propriū: nisi genuinū: nisi tuū laudabim⁹ illustrissi-
me p̄cipes hoc est solas ipsi⁹ animi tui dotes: quæ i homi-
ne sūt bona p̄cipalia cōmemorabim⁹. Nā diuitias gene-
rositatem honores: formositatē: vires: hoc est fortunæ: &
corporis bona magis circa nos q̄ in nobis esse scriptores
idonei tradiderūt: ideo aliena bona nūcupātur: Ipsas ve-
ro animi virtutes: quæ neq; ab ætate mutabiles neq; vllō i
fortuito caducæ: nostra & vera bona noiare solem⁹. quæ
quidē dotes tāto p̄ciosiores iudicantur: quāto maior est
ille in quo enitescūt: quas in te optime princeps tāto splen-
didiores existimam⁹: quāto tu inter reliquos p̄cipes eni-
tescis: quæ in p̄sentiārum mihi de laudib⁹ tuis diē vīē
ti agminatim se ingerūt & cateruatim: ita quælibet festina

bñda se offert: vt a nobis in hoc panegyrico prima proma-
 tur: quæ res mediuf fidius hæſitantem me facit & cūctabū-
 dum Namq; ſi cepero de prudentia tua ſingulari prædica-
 re occurreret iuſticia: quæ poſtponi gemebunda dolebit Si di-
 xero de fortitudine triſtabitur temperantia. Si laudauero
 liberalitatē: frugalitas ipſa ſe contemni exiſtimabit. Si clā-
 mentiam extullero: ſeueritas indignabitur. Deniq; quācū-
 q; primam arripero: illi cæteræ inuidebunt. ita enim i ſin-
 gulis virtutibus emines quaſi reliquas non poſſideas. Ego
 tamen pro virili parte ita contendam ac elaborabor: & tale
 temperamentum adhibebo: vt ſingulis quod ſuū eſt tribuiſ-
 ſe videamur. Sed vnde prius odiaſq; a prudentia quæ vt ſcri-
 bit Plato diuinitus cæterarum virtutum dux eſt: quæ in te
 a deo fulget atq; ſplendescit: vt neq; in Neſtore maior: ne-
 q; in Catone præſentior fuiſſe credatur: prudentia cum õ-
 nes mortales: tum potiffimum principes decet: qui hac
 duce nihil inſipienter: nihil temere in gubernandis ſubiec-
 tis agere: neq; volunt: neq; poſſunt. prudentiã Solomon in
 paremiis amicam vocadã eſſe præcepit: hæc tibi eſt prudē-
 tiſſime princeps amica peculiaris: hæc te dies: hæc te noc-
 tes fouet ac amplexatur. hanc ne tranſuerſo quidem digi-
 to abs te digredi ſinis. hac aurigante habenas imperii con-
 tuſiffime moderaris. hac duce cuncta prudētiffime diſpo-
 nis. hac adiutrice nihil in te reptæhēſibile cõſpicitur. Pru-
 dentia germana iuſticia te iugiter comitatur: ſine qua p̄ci-
 pes p̄cipū romen amittunt: & in tyranni nomen deteſta-
 bile traſgrediuntur: quæſi ciceroni credimus: omnium eſt
 domina: & regina virtutum ad quam nos eſſe natos in-
 telligere debemus: quæ auro præcioſior: vt iquit Plato iu-
 dicanda eſt: Quæ ſuum cuiq; tribuit: alienum non inuadit
 & propria vtilitate neglecta: publicam vtilitatem fouet at-
 que tutatur. Cuius fruendæ cauſa videntur olim bene mor-
 rati tegeſ conſtituti Tu vero iuſtiffime princeps ius ſanctiſ-
 ſime dicis. Et cuncta velut inſubili perpendens omnium
 beniuolentiam promereris: audis deſideria cunctorum: &
 tanq̄ alter Alexander ex duabus auribus: alteram accuſa-
 tori præbes: Alteram reotradis: Te nulla largitio: nulla
 gratia: nulla cupiditas tranſuerſum trudit a recte conſulen-
 do recteq; iudican. Io. ad amuſſi ſingula penſitas: & cõtro-
 uerſias omnis diligentiffime componis nullum a ſermone

tuo tristē discedere permittis: quod olim Titum Vespasianum factitasse tradunt Hæ sunt partes regię: hæc sūt munia imperatoria: Componere lites: decidere negotia: fatifacere desideris moralium citra odium cuiuspiam ac mali uolētiam. Sūma æquitate nec minori lenitate ius duxisse laudatur Augustus: Cuius tu uestigia emulat⁹ seueritati mifces comitatem: & quoddā ex utroq; efficit saluberrimum tēperamētum: habes horas quottidianas & statas: quas audiendis cōtrouersis ipendere memoraris: quibus tā humili q̄ potēti: tā egestofo q̄ luculēto licet ad te adire: desideria expromere: & lites explicare: & profecto nihil præstabili⁹ esse potest & potissimum ī p̄cipe: q̄ habere tempora disticta: & horas negociosas a feriatis sequestratas. vt enī cert⁹ syderum cursus: ita uita hoim disposita dilectat: & principum præfertim . Namq; inde efficitur: vt ciues ac subiecti minime totos dies conerāt: dum colloquium principis aucupantur. Nouerunt tempora. Nouerunt horas horarūq; momenta: quibus possint apud te suas controuersias enarrare: & petitiones exponere. Ceterum cum principales uirtutes: ita inter se cōnexæ sint prout philosophi autumant vt inuicem nequeāt dissociari: ita in te prudentia & iusticia incltytissime princeps effulgent: vt tamen & fortitudo & tēperantia non sordescāt. nam quāta fortitudine præditus esles in erumnis exanclandis haud dubie demonstrasti. Et enim cū fortitudinis peculiare munus sit toleranter calamitates perpeti: neq; rebus aduersis succumber Tu olim fulminibus fortunæ impotentis semiustulatus uir... te fortissim magnāimiq; prestisti: Cū neq; fortunæ cederes: neq; afflict⁹ iaceres neq; ī gurgustio plorabūd⁹ ī gemisceres Immo quēadmodū nēo te vnq̄ ī rebus secūdis superbū ac ī solētē cōspicat⁹ ē: ita aduersis null⁹ ūq̄ succubuisse cognouit Voluit mihi crede fortūa paulisper tecū colluctari: vt ī geniū tuū periclitetur. Sicut enim ignis aurū probat: ita calamitas viros fortes explorat: & vt aduersa ex secundis: ita ex aduersis secūda noscuntur. cognitū in te est fortissime princeps oratianū illud eulogium esse uerissimum.

Sī fractus illabatur orbis.

Impauidum ferient ruīnæ.

Quanta uero dii boni In Ludouico Sphortia tēpet ita moderatioq; florescit: qui in mediis delitiis collaratus: de

litias non āplexatur: qui inter sexcenta miliavoluptatū po
 situs abstinet a voluptatibus: qui inter icentia libidinū in
 strumenta q3 luxuriantis fortunæ.
 Castum agit principem & frugi.
 Ardua res hęc est opibus non tradere mores:
 Et cum tot crescos viceris: esse numam.
 Curium atq3 fabricū duo romana frugalitatis exēpla ma
 iores nostri laudibus extulerunt: q̄ paruo contēt vixerit
 & frugalissī inter romanos extiterint. Verū nulla vel mini
 ma laudatōe illi mihi digni eē vidētur: qui ī paupertate col
 locati egestosis similes viuere: & iubēte necessitate volup
 tates eliminare cogebantur. Sed da mihi aliquē Creso aut
 Midæ diuitiis a quiparādū: qui opibus affluēs auro abundā
 dās: qui pollēs ac potēs frugaliter viuat: qui abstinetiam ap
 petitionibus coercēdis adhibeat: qui bellū titillātib⁹ volup
 tatibus indicat: illū deo simillimū iudicabo. adeo male cō
 ueniunt maleq3 coeūt virtus & voluptas: frugalitas & luxu
 ria. Maxia ē igitur in te hęc vel poti⁹ diuina virtus in sū
 ma pecādi licētia non peccare: inter blādissimas ac illicibi
 les voluptates cohibere seipsū: & appetitum obedientē effi
 cere rōni. Quid ego præstāt⁹: qui admirabilis excogitari
 pōt p̄cipe prudentissio: iustissio: fortissio: tēperatissio.
 Quæ quidē virtutes cūctarum regiræ virtutum in paucissi
 mis p̄ncipibus iugatæ cōspiciuntur. Aliquis prudētia eni
 tuit: sed iusticia obsoleuit. Aliū fortitudo decorauit: sed itē
 perantia ac libido dehonestauerunt. deniq3 nulli vel rari
 extiterūt: in quibus q̄tuor istæ virtutes simul enitescerent.
 At qui nemo admiretur: si nūc prudentiā a iusticia fortitu
 dinē a tēperatiā: Aliāq3 ab alia ita seiungā: quasi possit quis
 q̄ prudēs eē citra iusticiā: fortis citra tēperatiā: cū iter phi
 losophos & maxime stoicos cōset: qui vnā habuerit omnes
 habere & qui Vna caruerit oib⁹ carere virtutibus. Alia est
 illa philosophorum limata & nimis spinosa subtilitas. Alia
 est ex cōmuni opinione ducta sētentia vt ergo vugus ita
 nos hoc loco fermocinamur: vt alios iustos: alios prudētes
 eē dicam⁹: p̄paribusq3 x̄t̄ is vt̄mur de populari op̄niōe lo
 quentes. Sed vt ad te perfectissie princeps nostra remigret
 oratio: sicut quadriga illa virtutum principalū te vehere
 ac gestare existimatur: quod q̄ paucissimis dii dederunt ita
 illæ quoq3 virtutes: Quæ minoris ducuntur te ornatu3 faci

unat tq; monstrabilem. Clāmētia: liberalitas: indulgentia:
affabilitas. Reliquæq; id genus: quæ p̄ncipes amabiles ef-
ficiunt atq; sanōrabiles: quæ populos redd̄ it fideles deu-
tos ac mancipatos. Enimvero clāmētia vt eleganter do-
cet Flavius vopiscus: Dos prima est imperatorum: & nullū
magis ex oībus: vt sanctissime inquit Seneca: q̄ regē & p̄-
cipē decet: hęc est illa virtus quā in Cæsare dictatore lū-
lenti scriptores laudant & extollunt: quā p̄ncipes omnes
exuperatē fertur. Vnde Cicero ad Cæsarem: nulla iquit de
virtutibus tuis plurimis: nec grātor: nec admirabilior mi-
sericordia est: nihil pro: cōto laudabili⁹: nihil magno & p̄-
claro viro dignius placabilitate atq; clāmētia. nihil deniq;
grati⁹ esse potest eo p̄ncipe: qui talem se ciuibusexhibeat
quales sibi deos esse vellet. Clāmētia regis vt ait Solomon
quasi liber serotin⁹ est. Clāmētia facit vt p̄nceps anim⁹ ci-
uitatis: ciuitas corpus p̄ncipis esse dicatur. Clāmētia fa-
cit vt tu clāmētissime p̄nceps certati ameris ab omnib⁹:
vt te sit icolumi vna mēs oībus clāmētiae tuæ ac ciuilitas
multa & magna documēta p̄buisisti Clāmētia ita te gra-
tum ac fauorabilem ilubribus redd̄it: sicut olim Augulus
romanis effecit. Tu natura beniuolentissimus: tu indulgen-
tissimus: tu deniq; optimus clāmētiam amplecteris:
quæ bonis p̄ncipibus iucunda est. Crudelitate detestaris
qua s̄āguinari tyrāni pro voluptate ferūtur Age vero q̄ mu-
nific⁹ q̄ liberalis erga omne hoīm genusexistis. Quata b̄n-
ficētia: quāta benignitate foues professores: tū & ingeni-
a litteratorū nihil est me hercules in p̄ncipe ama-
li⁹ ip̄sa liberalitate: sicuti nullū vitium tetrius auaritia. A libera-
li p̄ncipe cūcta bona sperātur. ab auaro cūcta mala timē-
tur. Munificus p̄nceps charus est oībus. Sordidus & depar-
cus inuisus est oībus: in omnes malus in se pessimus: Artu
liberalissime p̄nceps & rei & famæ bene cōsulus tua muni-
ficientia: Lucraris cum gloriā cum des pecuniā: & dādo pe-
cuniam teipsū ditas: cū id proprie p̄ncipū eē dica tur. quod
dono dederunt iuxta illum Rabirii poetæ versiculum.
Hoc habeo quodcunq; dedi:

Cptimi p̄ncipis est nihil magis suū credere q̄ id quod a-
micis cōdonauit. hęc sunt certæ diuitiæ: & extra fortunā
collocatæ: hi sūt thesauri: quib⁹ Cyri⁹ ille clarissim⁹ glori-
abatur. Nā vt apud Xenophōtē scriptū est thesauri ostiū cu

stodesq; fidissimos parabat amicos: quos diuites efficiebat
 Idē regis oculi: regis aures dicebātur: qui cūcta: quæ vide-
 bant: cuncta quæ audiebant: quæ utra essent. Cyro con-
 ducibilia referebant. Multæ sunt aures: multi sunt oculi pri-
 cipis munifici: qui quot amicos sibi liberalitate cōparauit:
 totidem auribus quæ audienda sunt audit. Totidem ocu-
 lis quæ vidēda sūt videt: vt docet verissīe Dion. Tu quoq;
 Cyro sīmillim⁹ bñficientia multas aures & multos oculo-
 s tibi comparasti & quotidie nouos comparas Tu amicos di-
 tas cliētibus opitularis. Tu decus & præsidiū es eruditorū
 ad te tāq; ac anchorā hac tēpestare litterati decurrūt. & p-
 secto nihil meli⁹ agere pnt opti picipes: q̄ subleuare doc-
 tos: fouere eruditos: quorū scriptis imortales efficiuntur.
 Quis enī nocet cæsare imo cæsares q̄ plurios nisi Suetoni-
 us trāq; ill⁹ extitisset? Quis Alexādriū Macedonē fuisse sci-
 ret nisi. Qu. curti⁹ & Plutarc⁹ illi⁹ gesta scribēdo posteris le-
 gitāda reliquisset? Quis scipionē imo veto scipios? Quis
 C. Pōpeiū trib⁹ fulgēre ttiūphis hac tēpestare cognosceret
 nisi Titus Liu⁹ & M. Tullius eorum conuēdatōres lau-
 datoresq; fuissēt. Deniq; romanos: græcos & externos oīs
 nōne tenebræ occupassent: & situs obduxisset: nisi illos lu-
 culētī scriptōres ī litteras retullisset? Bene igitur facis op-
 tē piceps: qui litteratos amas: qni eruditōs suffragaris: qui
 tibi cumulatiū gratiā referre queūt: de te scribetes & tu
 a præclara faciora celebrātes. Illud vero ī te laudabile ē: q̄
 iter: tot curas: tot negociā: tot domesticas & externas rerū
 maxiat ī occupatōes audire visquotidie quippiā historicō
 ac memorabile. & sicut. C. Pōpeius & Cæsar Augustus iter
 bellicos tumultus nō itermisise dicuntur cōsuetudinē de-
 clamādī: ita tu iter multiplices curas nō itermittis studia lit-
 terarū. cū negotiis cū diuidis: & historicis lectitādīs suc-
 cisiuas horas impēdis: iquorum lectione tāq; in diuersorio
 suauissimo conquescis. ita nullo tempore desidīa te dedis
 aut inertīa neq; vnq; marcōre torpescis. & certe vita bono-
 rum principū: qualis es tu: cælesti naturæ q̄ sīmillima esse
 creditur. vt enī inde fessā vertigo cælum rotat: vt sol & luna
 stare loco nesciūt: ita tu cōtinuatis negociis semper irrequi-
 etus es & sēper exercitus. Semper habes quod tractes: quod
 agas: quod mediteris. Et cū sit turpissimum viro primario
 cuius tutelæ populi cōmissi sunt: solidam dormire noctē:

vt ab homero elegatissime traditum est: Tu vigilantissime?
es somniq; parcillimus. Qualis Vticensis Cato: qualis Bru-
tus fuisse memoratur. Vigillas tu de nocte: & cæteris dor-
mientibus: eaq; ad statum publicum pertinet tunc optime
prouides: & solertissime pensitas. Vigilia & lucubratio pri-
cipes decen ac rem pub. gubernantes. Nam somnus multo
vt tradit Plato diuinitus: nec corporibus: nec animis: neq;
rebus omnibus gerendis natura cõducit. Haud dubie ne-
mo dum dormit alicuius precit est: non magis qua si non
viueret: & vt cecinit optime Silius.

Turpe duci totam somno coniumere noctem.
Inde parcus & breuis somnus in Traiano laudatur a Plynio
Sunt hæc magna & admiranda in cæteris principibus. In
te vero illustrissime princeps: Si cæteris virtutibus tuis com-
parètur: erit mediocria laudamus omnes tuã in colloquiũ
affabilitatem: in omnibus admittendis facilitatem. In ne-
gociis componendis dexteritatem. Et illam qua in primis
poles genuinam peculiaremq; facundiam: quæ omnia prin-
cipes tutoresq; publici status: a ciuibus amari faciunt: vt
tra priuatas necessitudines. Laudat Cicero Pompeium: qd
ad eum faciles aditus essent etiam priuatorũ. Tu vero qui
b^o præconiis laudari mereris mitissime princeps: qui oib^o eti-
am humillimis tã faciles aditus eẽ vis: vt qui dignitate pri-
cipib^o excellis: facilitate infimis par esse videaris: Et cũ fee-
licium pedisse qua superbia esse dicatur: Tibi mãsuetudo.
tibi humanitas. tibi lenitas ancillari videtur. Teq; te Mo-
ses apud hebreos: neq; te Titus apud Ro. comitat vincũt
ac mãsuetudine. Tu cũctos comiter excipis. Tu bonitate
quadam genuina omnes tibi deuotissimos reddis ac obno-
xios: in summa agis principem ciuilem & bonũ. quod plau-
sibile: quod amabile: quod fauorabile est. nihil est enim vt
iquit Cicero: tã populare: qd bonitas: nullus mu rus firmior
nulla arx validior. Te potest ad principes custodiẽdos: qd
suorum ciuũ beniuolentia: hæc autẽ cõciliatur mãsuetudi-
ne ac bonitate. Detestãda est profecto Dionysii tyrãni sen-
tentia illa tyrãnica adamantina vincula esse metum violen-
tiam: classam & dena milia armatorum. immo beniuolentia
mansuetudo gratia: affabilitas: vt Plutarchus ait: vincula
sũt adamantina: quibus principẽ oportet esse septũ ato: sti-
patũ: & cũ bonus princeps amari mallit qd timeri: Tu pio vi

rili parte contendis ac enteris: vt amicis sis iucundus: ciui-
 bus charus: apud oēs gratios⁹ & amabilis. Neq; tñ quod
 plerūq; fieri solet ista tua imodica ciuilitas te cōtēptibilem
 facit: imo tāta auctoritate polles: tanta existimatione de-
 coraris: vt multa per te: nihil sine te in tota geratur italia.
 Longū eēt ac prope ifinitū: si singula: quæ ī te fulgent orna-
 menta virtutum minutatim singillatimq; recensere velle-
 mus. Magna iter te & reliquos principes differentia ē. in il-
 lis virtutes: si quæ sunt: enormibus subinde vitis obruūtur
 ac decolorātur. Tu vero quēadmodū foecundus es. virtutū
 ita parcus es vitiorum. Non tu luxu ac intemperāt ia deflu-
 is. non iracundia agitaris nō cupiditatibus distraheris: nō
 affectionibus ācillarīs: quibus reb⁹ obnoxii ac mancipati
 picipes esse consueuerunt: propterea q̄ in licentia magna
 peccādi cōstituti seipsos cohibere non possunt: & imperio
 sissimas appetitiones coercere. Vnde olim a scurra nelicio
 quo benedictū est bonos Principes ī ānulo posse perscribi
 atq; depingi. Et Dioclecianum dicitare solitus accepim⁹
 nihil esse difficilius q̄ bene imperare boni principes a Ioue
 imperium habere dicuntur mali vero mime. principes bo-
 ni in beniuolentia Iouis sunt: mali vero nequa q̄: & hæc est
 Homericā sententia. Cui dion: prufenis astipulatur: itaq;
 cū tu Ludouice Sphortia inter bonos principes sis optim⁹
 inter optimos clarissimus: Merito te a deo vltamundano
 datum esse credimus: & tibi versiculum illum optime con-
 uenire existimamus.

Solus habes laudum quicquid possedimus omnes.
 Ea in te habundant bonitatis & virtus exempla: Quæ se-
 qui cupiat ventura posteritas: apparēt ī te paternæ virtutis
 expressa vestigia: patrem in filio recognoscimus: & quēad-
 modum in iuuenis & equis genitorum virtus subinde cō-
 spicitur. ita in Ludouico Sphortia viua paternæ probita-
 tis imago refulget: ita prorsus paternas virtutes effingit ac
 representat: vt patris in filio æquitas: Senilis in iuene pru-
 dentia conspiciantur: immo vt quæ sentio eloquar filius in
 multis genitore maior existit:

Egea sic theseus: sic pellea vicit achiles:
 Has tantas principis nostri virtutes: ex quib⁹ compactus
 ac conglutinatus esse creditur: ornat & illustrat procera sta-
 tura racies luculenta: os probum: frons verenda: & vultus

amabilis: quæ & si sunt corporis bona nō animi: de quibus
tācummodo me dicturum esse promisisti: tamen principi plu-
rimum venerationis acquirere: & virtutes in principe gra-
tiores efficere videntur: quoniā vt iquit pacatus virtuti ad-
dit forma suffragiū. Et vt cecinit poeta.

Gratior est pulchroueniens ī corpore virtus.
Solent qui panegyricos scribunt destituti veris principibus
laudibus vanas laudationes cōmīnisci. I. 30 vero illustrissi-
me princeps ex tuis ꝑ plurimis virtutibus mltas cogor præ-
terire: ne immensum crescat oratio: Citius enim mihi ver-
ba deessent: ꝑ scribendi materia: Citius articuli dīgitorum
scribendo lanescerent: ꝑ cūcta in te laudabilia perscribere
possem: Quocirca concludā deinceps orationem meā Et e-
pologo religioso omnipotentissimum rerū omnium condi-
torem deum deprecabundus adorabo. Summe & exuperā-
tissime mūdi opifex principio antiquior: sine diuturnior:
Cuius numen ineffabile est: & maiestas innominabilis Teo-
ro ac deprecor: vt Ludouicum sphortiam principem opti-
mum ac irreprehensibilem diutissime foueas ac tuearis: vt
ei annos nestores largiaris: vt eius votis annuas vt eum be-
nificiis tuis cumules: ornes: illustres. Tu vero optime prin-
ceps perge quo cœpisti nitere semper ad optima Esto tibi
iple archetypon & exemplar: te ipsum imitare: ita ciues tu-
os ex malis bonos: ex bonis optimos efficies Nā vita prin-
cipium censura est: & qualis princeps: tales reliqui ciues es-
se solent qui ad illius exemplum cōponūtur: a apud mor-
tales immortalē tibi famam comparabis: & post obitum
in cœlo inter beatorū domicilia locum sortieris: Vbi bea-
tissimus æuo sempiterno perfruaris.

Ad eundem eiusdem epigramma.

Hesperios inter duores Inclyte princeps
Principe quo status hic sospite: sospes erit.
Imperii Columnen rerum tutela salusq;
Eximia proavos qui probitate refers.
Suscipe pacata deuotum fronte clientem.
Maucipiumq; recens: Seruitiumq; foue.
Sunt tibi complures ex omni parte disertī,
Est tibi pierius turba verenda chorus

Inter quos cupio numerari maxime princeps

Inter quos vnum da mihi quæso locum.

Non erimus certe indecores: nec rustica nostra est

Caliope: & nobis dexter appollo fauet.

Accipe si inceri munuscula parua philippi.

Inspice si quid inest: quot placuisse queat.

Post lites & post decisa negocia rerum

Post bene formatum compositumq; Statum:

Tunc liber vacuusq; meum percurre libellum.

Atq; hylari nugas perlege fronte meas.

Sex quihoram scriptis nostris impende: Sed hora

Sufficit. hoc nimium est: subtrahe dimidium.

Vix legere incipies succincti scripta libelli

Pagina principium prima modumq; dabit.

Iamq; vale: viuaq; diu mitissime princeps.

Et superes phrygios nestoreosq; dies.

Dii tibi dent quodcūq; cupis quodcūq; metetis.

Dii mihi dent cupias vt meminisse mei.

Ad Magnificū & ornatissimū virū Bartholomeū chalcū

Ducalē secretariū Philippi Beroaldi Bononiēsis epistola.

Opusculum de nuptiis Bētiulorum: quod nuper

excudi tibi Vir præstantissime dicare cōstitui:

quem non solum studiorum: sed etiam studio-

rum amantissimum cognoui: qui me istic oci-

antem summa tibi beniuolentia copulasti: ad quem tanq̃

ad anchoram litterati decurrūt. & quia vt est in veteri pro-

verbio docti doctos amāt: tu eruditus eruditos foues & de

litteratis litteratus optime mereris: Te ob singulares tuas

virtutes Illustrissimū principē tuū auriculariū a secretis &

omnium arcanorum participem esse voluerunt. Te ordini

scribarum ornatissimo præferunt: Tu archigrammate?

nūcuparis. Accipe igitur vir clarissime eo vultu libellū nu-

ptiale que nuptiales voluptates spectat: & si scio

quosdam obtrectatores caprata fronte hæc esse lecturos:

quibus nihil placet nisi triviale: quibus ita respondere iure

optimo possum. Significatissimis vocabulis cūcta pro vi-

rili parte enarrare contēdimus & verba rebus accommoda-

re: quæ rerū causa inuēta fuerunt: quæ si vobis subobscura

vidētur non est hæc mea sed vestra culpa: qui nihil vnq̃ lu-

culerum nihil nisi protritū lectitatis: qui duobus tribusue

ad summum libellis contenti reliquos scriptores non at-
tingitis & nihil latinū esse creditis nisi quod in vestris vul-
gatissimis voluminibus didicistis. At nos latine scribimus
& verba ex latinissimis scriptoribus iumpta depromim⁹.
Nolite edentuli inuidere dentatis: nolite oculatos talpæ
contemnere. q̄ cæcus lucem non videt non est vitium io-
lis sed oculorum: q̄ vos scripta nostra nō intelligitis & ob
id ipsum culpatis nō est scriptoris vitium sed lectoris: Neq̄
nos tharentinis & cōsentinis scribimus vt ait Lucill⁹ sed
eruditis: quorum iudicio contentus quid de me imperito-
rum rumusculi iactitent floccipendo: & vt inquit ep gram-
maticus Poeta me raris iuuat auribus placere. me scriptio
nō triuialis sed erudita delectat: quæ neq̄ per periodos ne
q̄ per longos verborū ambitus: sed verbis significantibus
& propriis cūcta exprimat ac effingat: Hæc obiter dicta
sint aduersus vituperatores qui obrectatione alienæ sciē-
tiæ sibi famā acupātur: Tu vero vir præstāissime cū facul-
tas tibi dabitur paulū respirādī ab occupationibus quibus
iugiter distineris: libellū a philippo tuo concinatum in ma-
num sumito: & vbi sumpleris perlegito: & vbi perlegeris
iudicato vtrum in publicum prodire mereatur an potius
quod timeo sit futurus pabulum tinearū. Vale decus meū
& me qui tibi mancipatus sum mutuo dilige:
Quod celebrata fuit genialis pompa diebus.
Per totidem scripta est hæc mihi pompa dies.

Philippi Beroaldi Bononiensis nuptiæ P^{er}tiuolorum.

Quoniam Bentiuolorū multos iam annos Bono-
nie florētissimam honoratissimāq̄ fuisse adeo
notum est vt res probatione non eget in qua
multi insignes clariq̄ homines extiterunt: quo-
rum multa egregia merita in rem publicā boniēsem quot
tidie commemorātur: sed omnium clarissimus ætatis no-
stræ vir extat Ioan̄ nes bentiuolus: familiæ illustrator: pa-
triæ splendor: ciuium columen domi forisq̄ fauorabilis:
cunctis Italiæ principibus aut amicitia aut affinitate co-
pulatus: in quo deniq̄ omnia sunt quæ aut fortuna homi-
nibus aut natura largiūtur. Is nuptias filii primogeniti Hā-
nibalidis celebraturus: vt esset omnium nuptiarum Magni-
ficētissimæ: eas per æstiuum tempus vtpote commo-
dus conficere decreuerat. sed Hercules essensis Ferrariæ Dux

illustrissimus cum filiam Lucretiam Hānibali desponsatā
 iam nubilem ac viro naturam esse videret cūq; peregrina
 tionem Religiosam extra Italiā pararet vt nuptiæ matu
 ratentur instabat & omnem procrastinationem detrimen
 tosam esse asseuerabat. Quamobrem Princeps Bentiuolus
 consiliū mutat & ex confoceri sentētia nuptialem festiui
 tatem diebus brumalibus parat quāuis nō pauca dehorta
 rentur: & in pri^mis festinatio magnis apparatusibus semper
 infensa. verū multa quæ impedita natura sunt consilio ex
 pediuntur: & summæ virtuti sūmæq; fortunæ nihil factū
 difficile est. Igitur idictō per præconem publicitus die nu
 ptiarum qui dies erat futurus ad quintum Calen. februarīi
 ea Bentiuolus intra dimestrem spacium factitauit: quæ prin
 ceptus alius annuo tempore facere nequiuisset. Que omnia
 speciatī generatīq; explicare pro virili parte conabimur.
 Primū omnīū forum quod ante Bētiuolorū ædes erat per
 quā augustū vt laxi⁹ fieret: proximas domos a possessorī
 bus emit emptasq; demolitur: idq; spacīs temporū iūquis
 exclusus cū sylice sternere non posset asseribus cōtabulat.
 iubet & operimentum laneū per sarcinatores cōcinari ad
 forum cōtegedū: vt sub eo nuptiales luxus spectatores sa
 lubrius ociosiusq; cōtemplaretur. Idē domū quæ alioquin
 pulcherrima est & cū laudatissimis totius italiæ domibus
 certat magnifice exornat: parietes oēs intrinsecus iducto
 tectorio nouo leuigantur: colūnæ quæ in perystilo striatæ
 sūt marmoris simillimæ efficiūtur: fenestræ mutuli super
 liminariæq; hostiorū tota inaurantur: Quæ imperfecta sūt
 absoluuntur: Squalentia reconcinātur: vbiq; pictor vbiq;
 materiari⁹ vbiq; architectus cōspiciūtur. feruet per totas
 Bētiuolorum ædes apparatus nuptialis: conclauia omnia
 atq; cubicula tapetibus stragulaq; veste consternuntur: or
 natur & lectus genialis i thalamo spōsi magnificētissime.
 Diū boni qualis ille quāq; præclarus apparatus quo exorna
 tū est cubiculū principi Ferrariēsi destinātū: Hic conopea
 aurea. Lodices regales cōchiliata peristromatayis etiū ocu
 los pascebāt gratissimo spectaculo: ipsū vero Tricliniū in
 quo fieri debebat nuptiale cōuiuū reliqua antecellit orna
 mēta: hic toti parietes belluatīs parapetasmatis⁹ vestūtur
 supra peripetasmata coronamēta miro artificio cōcīnata
 disponūtur: in quib⁹ Insignia Italicorū principū sūmo cū
 e.ii.

Ornamenta
 2. 1. 1.

decore inclusa visebatur: In eodē cœnaculo tabulatum sic paulum acclive tapetibus stratis opertū: vbi principes proceresq; illustriores vna cū sponsa dissi mberēt. erigitur & abacus ī quo vasa aurea & argētea varii generis preciosissima exponūtur: hic pōtoria gēmata: hic lances ex argēto quinquagenariæ: hic escaria ex auro cū emblematibus faberrime celata. hic quicquid vasulariorū ac celatorū probatissimi orū arte perfectū est eē diceres: ade vt mētōis manu cūcta fabrefacta viderētur. huic abaco appōsiti erāt cufodes duo ad hominū effugiem formati: alter claua alter falcato ense propinquātibus minitabatur: hūc machetoforū illū corynephorū nō indocte nūcupaueris. fulgore huius bacī reliquus persfrigebatur ornatus: quem ornamenti causa magis q̄ vsus effecerant: nāq; in alia domus parte alter erat Abacus concinatus in quo conuiualia vasa innumera erant collocata: quorū vsus erat futurus ad coepulones accipiēdos. Dū hæc intra ædes firēne properantur fortitūcus nō minora efficiūtur: nam a domo principis Bentiuoli ad portam usq; galeriam quā vocant: q̄ illac vettura erat sponsa: multiplici ornamentorum genere cuncta condecorantur: Domus senio collabētes reticiuntur: parietes ad bellam reformantur. columnæ lapideæ ad perpendicularum exiguntur: Ciues ipsi per eum vicum certatim ornamenta parare. Sub dio sub porticibus per intercolumnia coronas ex herbis virētibus cōsertas suspendere: vestibula ædium myrtho lauro hederaq; vestire: Multa topia: operis egregia coronamēta conficere: in quibus insignia Beronolorū inclusa cū venustate visebantur. diceres hostiatim celebrari nuptialē festiuitatem. Deniq; in hac ciuitatis regione nō brumalis rigor: sed verna temperies videri: hic buxus hic iuniperus virefcere: hic multiuga species herbescētis viriditatis. Totum iter florulentum ad viridarii cōsiti speciei gratiam viroris reuerentissimi pre se ferebat: vt non Ioupe regnini: sed etiam nostrates admirarētur cōtemplantes itā tam alieno tempore copiam viridiorū. Præterea Bentiuolus machinatores optimos & topiarios artifices probatissimos acciri iubet: qui solertia quadā genuina miroq; artificio præditi noui generis ornamēta excogitarūt: ex quibus vnus noie zephiranus: qui nō minus facētus est sicut etia q̄ artifex ingeniosus: septē portas ligneas affabre cōiecit

35
quæ picturata & fruticibus herbisq; viridatib⁹ decorata
ex ornabāt viā nuptialē interuallis prope paribus inter se
distātes ad imaginē portarū vrbicarū: nisi quod cathara-
ctas nō habebāt: sed illa: quæ ædibus Bētiuolis erat proxi-
ma reliquas decore vicebat: in qua simulacrū herculis cū
leone cōgrediētis visebatur aspectu truci formidādī. vise-
batur & e regione altera herculis effigies repullescētia hy-
dræ capita amputātis. Cæterū cū nichil in omni vita pul-
chrius sit ordine sine quo nec militarē disciplinā impera-
tores valēt explicare: nec gubernatores regere nauigia: Bē-
tiuol⁹ vt oīa sint dispositissima procurat. nā homines ido-
neos deligit inter quos dispartita sint officia nuptialia ne
quid tumultuosæ perturbationis oriatur. hunc lectisternia-
torē eē iubet: illū obsonatorē: hūc præfectū popinarū: illū
bellariorū. alius promus: alius cōdus designatur: est qui p-
curator peni cōstituetur: ē qui cellæ vinarie præficiatur:
ita vnusquisq; curādo quod suū est aliena nō turbat. in pri-
mis iuuenes numero sex &.xx. ex nobiliorib⁹ ditioribus
q; nostræ ciuitatis deliguntur qui sint architriclini siue ar-
chipothias dicere malis: quos vulgus Sefcalcos appellat. V-
tēdū est enī popularibus verbis ad rē popularē declarandā
ex his singuli senos ministros eligere iubetur: quorū opera
naua & strenua in cōiuiis nuptialibus vtantur. ex hoc ar-
chitriclinorū ordine nullus fuit qui non impēdia prope re-
galia fecerit & imensas pecuniarū sūmas profūderit: dū se
quisq; suosq; ministros nuptialibus vestimentis oxornat.
designatur & sex alii architriclini maiores qui dicuntur oēs
fere ex ordine senatorio: præterea adolescētuli octo lucu-
letī sūmoq; genere nati euocātur: quibus iniūctū est vt spō-
sam introeuntē a porta domum vsq; deducāt instar stipa-
torū: quos prisci Laterones nūccuparūt. Et: quoniā adue-
narum ad nuptias celebrādas venturorum innumera mul-
titudo expectabatur: ordinat Bētiuolus vt omnes honori-
ficentissime commodissimeq; accipiantur. In domibus ci-
uium ornatioribus hospita magnificētissime parantur: &
p diuersorū āplitudine alii plures: alii pauciores assignā-
tur. Iam cūcta apparatus nuptialis diligentissime compa-
rauerat. Iam appetebat condictus dies festiuitatis: cū spō-
sus ad cōiugale foedus cū sponsa ineundū Ferrariā profi-
ciscitur comitatu prope regio decoratus. ducētī ferme eū

tem prosequitur inter quos supra vnginti haud dubie nobilissimi & ipsius spōsi frater minor natu prothonotari⁹. nos quoq; discipulū officii causa sum⁹ prosequuti: oēs magnificētissime accipimur a p̄cipe Ferrarienti: ibiq; biduū cōmoramur donec celebrātur ex ritu fœdera nuptialia & annulo pronubo digītū spōsæ spōsus oppigneret: amboq; sacerdoti a paranymp̄his offerātur: quib⁹ rite peractis dimittionē capeſſim⁹ aliquot ex primorib⁹ cū prothonotario relictis ad spōsam prosequendā. Cū genero focer aut liciq; interiores nauē cōscendunt nocteq; intēpeſta appellunt ad pretoriū Bentiuolum quod vocant: quod magnificentissimum pulcherrimumq; in agro Bononiēſi princeps Bētiuolus extruxit: distaq; ab vrbe millibus postuū decē. Postridie eius diei Bononiā ingrediēti. Herculi hestēſi obuiam it Bētiuolus comitante maxima caterua virorū splēdidissimorum nō solum nostratiū: sed etiam externorum qui iam cōuenerant ad officium nuptiale. Illuxit demum dies nuptiis destinatus: qui imbribus fœlus omnes & potissimū Bentiuolū dolore confecit secū reputantē: quātorum apparatus quātāq; nuptialem pompā esset im̄petur le perturbaturus. Omnes deprecabūdi deum omnipotentissimū orare vt tātis per pluuiā cohiberetur donec itrois⁹ sponsæ in vrbe pompatic⁹ perageretur. Verū inexorable est fatum & inuidēti fortunæ repugnare nō licuit nolēti vt ex omni parte beatas nuptias viderem⁹ & lactissima voluptate permulceremur. Iam aderat hora cōdicta qua obuiā cuncti prodire reperūt sponsæ venientī ex portio Bētiuolo: vbi noctem vnā cōmorata festinabūda peruenerat ad villam suburbanā: ibiq; subſtiterat obuios aduentātes operiens. Omnis ætas sexus ordo viam galeriā agminatī cōpleuerant studio visendi exoptatissimā spōsā sponſæq; apparatū. Vix locus quīſ lat⁹ & lōgus capax erat tātā multitudinis catuati cōfluētis. ciuitas oīs peregrini omnes mira densitate cuncta stipauerant. multi columnis implexi: non pauci e fenestris semī conspicui pleriq; sub dio inter ibres prospectabant: tanta est mortalibus insita cupiditas nouitatis. Gliscēte i horas pluuiā nullamq; paulā faciente: Bētiuolus hanc sibi curam sumit vt cūcti ordine & sine tumultu pompabiliter incedant. Longi esset referre si gillatim quo ordine principes oratoresq; principii incede

rint: sūmatim exponam illustriora ac splendidiora. Princi-
 pes Italici partim ipsi venerāt: partim vicarios miserāt ad
 nuptias illustrandas: qui oēs in suis quisq; ordinib⁹ collo-
 cati ingrediebātur. Inter eundū īspectione digni potissimū
 fuere equestres lancearii p̄cipis Mantuani: qui turcharū
 habitu īgrediētes ritu militari lāceas manu reciprocabāt:
 tales macedonum hastatos fuisse crediderim quos Sarisso-
 phoros appellitabant: hos vulgus corrupto paulū vocabu-
 lo Stradioticos appellat cū stratioticos græcā dictione
 nūcupare debuisset: hos subseq̄bātur Hipotoxotæ: qui
 sūt ex equis sagittarii induti prasinos amictus: architrcli-
 ni architrclinorūq; pedisse qui ordine inceserūt. Vidim⁹
 hac pōpanymphas ritu amazonio obequitantes: quæ subli-
 matae in equo non sedebant: sed stabant. Vidimus Gigan-
 tem staturōsam obambulantē: quā ars emula naturæ simil-
 limā veræ effigiat: Vidimus galatorē in lōguriis passus
 gradissimos diuaricantē. Audiuimus sonitū tintinabulorū
 crepitū sclopūq; tormētōrū bellicorū: quibus cūcta perso-
 nabant. Præterea ibat ordo t̄bicinū tubicinūq; populosus
 adeo vt clāgore tubarū ac stridore lituorum cælum reboa-
 ret auresq; audietū obsurdescerent. Post longum pompæ
 ordinē incedit nouissimo loco noua nupta sedens in equo
 cādissimo atq; pulcherrimo: qui ephippiis aureis p̄ful-
 gens phalerisq; preciosis ornat⁹ tollit gradiebatur: qua
 les p̄isci tollutarios asturcones mānosq; vocitarūt. hunc
 gradarium equū sponsæ adduxerant octo illi adolecētuli
 qui munia obibant stipatorum: qui vestes breuiores induti
 argento textili confectas per imbrem lutumq; spōsam cō-
 stipabant: ex quibus aliquod vniones gēmasq; in calciamē-
 tis gestare cōspeximus. Cātata sūt carmina spōsa transeū-
 te partim latino: partim vernaculo sermone composita: in
 sigulis illis septem portis: quas tēporarias ex ligno frōdi-
 bulq; virētibus a zephirano scurra fabricatas supra docui-
 mus: quæ singulæ sub tutela virtutum singularū erant cō-
 secratæ: ex quib⁹ quatuor philosophicas: tres theologicas
 appellant. Constant inter omnes spectatores nihil fieri po-
 tuisse splendidius hac pōpa nuptiali: nisi pluuia cōtinēs ac
 fugis obstitisset: quæ effecit vt nemo vestes preciosas ostē-
 taret vt oēs icederēt penulati pileatq;. Rimata est hoc in
 vid. a telū quo nuptias disturbaret. nā perdius & pernox ī
 e. iiii.

ber diē etiā posterū ex magna parte fœdauit: quæ res impe-
dimēto fuit quos min⁹ spōsa ex cōstituto ædē diui Petro
nii pompabiliter adiret: quem Bononiēses deū tutelarem
venerātur. Cæterū non semper habet fortuna longas ma-
nus & interdum aduersa ratione superātur: nam princeps
Bentiuolus vt sēper est præsentissimo consilio viam inue-
nit qua inter priuatos parietes ostēteret p̄cipib⁹ cūctisq³
proceribus magnificentiā apparatus nup. alis. Congrega-
tis i cænaculo oībus illustrioribus ex thalamo geniali spō-
sa progreditur vêtura in cetum p̄cipum augustissimū an-
tecedentibus ministris architriclinorū numero cētum. lvi.
qui oēs sericati formosum exhibuere spectaculū: alii pur-
pureo: alii hiacyntino: alii prasino colore mōstrabiles: quo-
rū erant calciamēta consimilia vtpote consuta ad insignia
Bētiuolorū: sed longe formosissimū spectaculū præbuere
ipsi architriclini togas ex argēto textili talares induti ex-
ceptis duob⁹: qui q̄ erāt equestrī dignitate decorati aurea
vestimenta gestabant: hiq³ in nouissimo loco vtpote hono-
ratiore agmen cludebāt. in singulorū manibus scipiones
erāt picturati peculiaria ipsi⁹ architricliniat⁹ insignia. Ex
his complures torquati sūt cōspecti torquib⁹ aureis in sū-
mo pectore fulgētibus: omnes stupere omnes admirari tā-
tum rerum fulgorem: tātās ipensas quib⁹ regia vestigalia
vix sufficere possent. idem oibus ornatus: idem vestimēti
genus: omnes principatu digni videri: omnes incessu ma-
iestate in quandam præ se ferre. Et profecto cultus magni-
ficus addit hominibus auctoritatem. Subsequētur re-
liqui sex maiores architriclini virgas auratas manu feren-
tes: quorum tres in vestimentis aureis profulgebant: duo
concinati: Sextus in argentea veste splendens. Deinde
incedit sponsa incessu matronali mundo nuptiali decen-
ter ornata quā omnes fere nostræ ciuitatis primariæ ma-
tronæ comitabantur non solum formositate conspicuæ:
sed & vestimentis radiantibus monilibusq³ gemmosis cō-
decoratæ. & mediussidi⁹ cultus formam maximopere ve-
nustat. Ibi princeps Ferrariensis natam osculabundus am-
plectitur: ibi ex ritu christianorum celebrantur diuina my-
steria: episcopusque vrbinas a Pontifice maximo destina-
tus Diploma pontificale palam recitat: Quo nouis rari-
tis cornubium fortunatum auctoritate qua pollet in terris

amplissima denunciat. Jam dies vt inquit Plautus ad vmbilicum erat dimidiatus mortuus: iam prandendi tempus instabat. repente omnes se accingere & sua quisq; munia diligenter obire. Lectisleriatores mensas apponere: omnes ex ordine accubare. principes vna cum spona in tribunali celliores eminere. Optabat Princeps bentiuolus & eē & dici conuiuator absolutissimus. cupiebatq; istud nuptiale conuiuium si fieri posset esse posteris exemplum: itaq; cum sciret in rebus omnibus Domini plurimum pollere præsentiam: & frontem occipitio vt veteri adagio testatū est esse priorem: instituit non solum interesse: sed etiā præesse pompæ coniuiali. Singulis mensis binos architriclinos assignat eosq; bifariam diuidit: vt alteris dapes intergras inferentibus alteri efferant iam semelas: alteris scandentibus descēdant alteri. vicissimq; laborent & quiescant Ex hoc ordine effectum est vt præter luxū atq; opulentiā esset ordinatissimum compositissimūq; conuiuium. Bentiuolus ipse discursare: satagere rebus omnibus præsto esse: ipse iubere oēs iussa obedienter exequi. adeo reuerētia rebus ob eūdis efficax est. Dātur manib⁹ aquæ odoratissimæ ex aquimariis argenteis: quæ gutturnia alio nomine guttiq; dicuntur: inferuntur ex saccharo nucleisq; pineis concinata cibaria: inferuntur & panes dulciarii simulq; vinū generosissimum: quod prisca passum vt opinor neoterici maluaticū appellant: cui tāta auctoritas in est vt singulæ ex eo potiones tātū modo dētur. In cesaris dictatoris epulo quatuor vini gña apposita constat: idq; plautissio celebratur: at ī hoc innumera exhibita fuerūt dulce: austerū: tenue: firmū. Alius cōiuua meracas potiones hauriebat ali⁹ dilutas hūc suauia illū subaustera delectāt: pocillatores præsto sūt vt cyatissent epulonibus prout singulorū stomach⁹ & gustus exposcit. Primis ferculis duob⁹ aut ad sūmū trib⁹ exēpta est fames esuriētū. Reliqua magnificentiæ causa sūt illata: In quibus seruatū est vt altilia in singulis fere missib⁹ mēse principū viuētia importarētur. vidimus porcellos gruniētes capreolos per triclinium cursitantes: histrices aculeos subrigentes: vidimus pastillos quos vocant auiculas coquinatoria disciplina in cōiuio emittētes: quæ per cærationē volitātes effugiū quæ ritabant: Vidimus inferri pauones flammiuomos plumis verlicoloribus vestitos:

oculosq; gemmatis caudæ rotâtes. illati sūt & phasani cus
pennis: cuniculi lepusculiq; cū pellib⁹: quæ omnia oblecta-
mēto fuere præsoribus. illata sunt & secundæ mensæ bella-
ria: ex saccharo poma nucelq; oīs generis tāta arte cōfectæ
vt a veris fructibus non interoscerentur. Quid te stuacea
scitissimi saporis quid mellitissimas ex saccharo placetas:
Quid tuceta preciosa: quid assaturas: quid condituras ex o-
ticas enumerem: Quid tragemata cæna ex more clau-
dentia: quæ sermone vernaculo confectiones nūcupatur.
Missus ferculorū circiter triginta fuerūt. Conuictæ ferme
centeni quinquageni discubuerunt. Structores adhibiti scie-
tissimi obsoniorū scindedorū ī frustra non enormia. Quis
tantus ingenio: quis tanta facundia præditus vt verbis ido-
neis posset mltiūgū minutatim explicare cōuiuuium: Legi-
m⁹ ī heliogabali cōuiuuiis exhibita fuisse supra xx. fercula ī
gentium epularum. Legimus Antonii & Cleopatræ cæna
fuisse lautissimas: quas imitabiles ipsi nomīabant Legimus
luxuriosissimas vitelli patinas veri imperatoris conuuiuii
preciosissimū: luxū Luculi nepotalem: saliorū dapes: poti-
ficum cænas. Legimus & illas apud priscos fuisse epulares
cænas quas luculentī scriptores modo adiciāles: modo du-
bias: modo pollucibiles appellant: quæ omnia epulū istud
bentiuolorū nuptiale aut æquat aut antecedit: in quo om-
nia in argento puro edulia illata fuerunt: quod protractus
est ab hora diei. xx. in horam noctis tertiam. & cū de die
epulari cepisset noctu electis triclinariibus surrexerūt: om-
nes fere poti distēti oscitātes simillimiq; hallucin⁹ utib⁹. ip-
sius conuuii. magna pars ad funalia lychnosq; pēsiles acta
Sub crepusculū vespertinū cerei ex alba cera vtpote precio-
siore confecti accēdunt: quorū tāta erat vis & copia vt no-
cturnas tenebras flāmis exuperarēt. Duo præterea cāde-
labra īgentis magnitudinis de argentata ex laquearib⁹ au-
ratis demissa pēde⁹ it simillima lucernis priscorū q̄s poly-
mixos vocitarunt: ī his lilia & flores. artificio mechanico
cōcinati visēbātur qualia ornāmēta fuisse legim⁹ ī candela-
bris Solomonicis. Erat præterea ignis ītra cādelabra fur-
ti inclusus qui quasi ī radio discurrens hora stata lāpades &
ceteos īfixos accēdit. oēs mirabūdi suspicere tā nobile cō-
mentum: laudare tam fallaciosam machinationem: contē-
plari tā errabundum igniculū: in cauo ædium ipsoq; sti-

bulo nocturni luminis instrumēta globis piceis referta col-
 lucebant:cunctaq; illuminabant. Finito cōiuiō remotisq;
 mensis pauimenta verrūtur scopis deauratis. Sunt hæc fri-
 uola nec inficior: sed curiositas nihil recusat & ex friuolis
 plerūq; grauiora pensitamus. deinde saltationes choreaq;
 matronales exhibentur. Saltauit et ethrusca puellula ex os-
 sam saltatōe; cum oīm qui aderant admiratione. mox spe-
 lunca fictitia inst. r naturæ siluosæq; speluncæ vna cū mō-
 te ligneo repsit itra tricliniū: repsit & castelli simulachrus
 vna cum turri nemie qui gestaret apparente. Intelleximus
 tūc illud epigrāmaticī poetæ carmē quod prius suboscūrū
 nobis legentibus erat: Repserunt scopuli mirādaq; silua cu-
 currit ex his oibus paulatim nimphæ progrediuntur ad ef-
 figiem dearū reformatæ. Credidimus hoc Paridis esse iudī-
 tiū de trib⁹ deab⁹ quoniā Iuno & Venus affuerūt. Sed lo-
 co Mineræ aderat Diana cū Nymphis: quæ saltare fabu-
 lā ceperunt in qua nympharum vna: tanq̄ transfuga ex ca-
 stris Dianæ cælib⁹ i castra Iunonis quæ conugalibus vīcu-
 lis præsidet trāsmigrauit. Cāricū cecinerūt pueri sympho-
 niaci voce canora cōcīnētes: ad quorum richmos nymphæ
 corpus mouebāt dantes stāticulos saltatorios. Magna de-
 niq; parte noctis trāfacta iter ludos conuiuales cūcti cubi-
 tum faceffunt. postridie eius diei aperitur cælum serenum
 ac sudū & sol radiosus exoritur cuncta collustrās. Quocir-
 ca destinat princeps Bētiulus vt spōsa ordie pōpatico ad tē-
 plū diui Petroni religiosū proficiscatur id quod pridie fa-
 cere nequiuērāt. Cōueniunt e vestigio matronæ oēs: cōgre-
 gatur ōnis ordo nostratiū: præsto sunt architriclini vestiū
 argētearū fulgore cōspicui cum populosa ministrorum fa-
 milia. Ad sunt principes ac procetes omnes in aula Benti-
 uola congregati: Incipiunt bini terniq; procedere gradulē
 to atq; pompatico: ibant singuli hospites singlis ciuib⁹ co-
 pulati: hac pompa nihil pompabilius: hoc spectaculo nihil
 speciosū⁹ excogitari posse cōtenderi. Via tota fulgebat or-
 dine icendētium luminoso: qui aut coccīnati: aut ar gētati:
 aut aurati in incessu videbantur: nullus sine oloserica veste
 in ea pompa cōspectus. Nam bononienses & si semper ali-
 as vestitu cultuq; elegātissimo fuere: attamē id tēporis oēs
 vt nuptias exornatēt vestimēta serica ac bōbicina pro fa-
 cultatiōus confecerant. Tanta autē pompæ incēdētis mul-

titudo vt primi iam in foro viferentur q̄ nouissim i ex pa-
latio Bentiuolorū vix dum egrediebātur: res erat nō min⁹
memoratu digna q̄ admiratione cōtēplati tot clarissimos
proceres: tot illustrissimos principes: tot summates matro-
nas cocco argento auroq; fulgentes: qui ad deum salutādū
simul incedebant. Quicquid vlt̄ speciosi ē hic esse videba-
tur. Aedes est diui Peronii i foro Bononiēsi aplissima: quæ
& si laterica est: tñ propter venustatem atq; simetriā mar-
moreis templis est æquiperanda salutatis ex ritu christia-
norum religiosissime numinibus: mysticisq; canticis perac-
tis eodem quo venerant ordīne ad ædes bentiuolas reue-
niunt: ibi repotia ex more vetustissimo reparātur: prædiorq;
lautissimo principes proceresq; cum matronis accipiuntur
Post prandiū data sunt oculorū varia oblectamenta: editū
est & simulachrū pugnæ gladiatoris: Nāq; in foro bent-
uolo quod asserib⁹ pauimētātū esse docuim⁹ adolescentuli
nostrates ad quinquaginta edocti a magistro armorum pe-
ritissimo: quales apud romanos fuere lanistæ: digladiari inter
se ceperūt: & nūc pūctim: nunc censim ictus inferre: nunc il-
latos oculis vigilantibus euitare: modo pressi retrocedere: deniq; omnes
armorum tractandorū numeros implere: formosus sane bel-
licūq; spectaculum: in quo manica ferrea in medio digladi-
atium collocata & circum eā atrox certamē inter omnes
exortum: dum singuli pro viribus corripere contēdūt. vic-
tor ludicri certaminis pronuntiatus Nicolus cognomē-
to bazanus qui primus manicam sustulit Sub eo m̄m papi-
lione quo forum Bentiuolum tegebatur ludus pilatis cele-
bratus non sine maxima spectatorum voluptate: destinati
erant ad pilæ lusionem hinc inde quinquageni iuuenes le-
certosii: valentissimique alteri amictu prasino conspicui: al-
teri hiacynthino: ita enim colores appello: quos semidoctus
vulgus viridem ca. lestēq; nuncupate consuevit. Alteri for-
tunam ducem sequuntur. Alteri prudentiam vtraq; pars su-
am inuocat suffragaticem. in medio folis pugillatorius
ventosa granditate tumescens loquatur quem calcibus
pugnissq; incursantes vtrinq; omnibus viribus neruisq;
contendunt vltra præscriptos aduersariorū terminos eia-
culari. Non ero in hoc spectaculo describendo prolixi-
or: cum paucis ante annis id ludicri genus in foro Bononi

Lam. pte

enſi exhibitū copioſiſſime explicaueri in epiſtola ad Frā
 ciſcum puteolanum præceptorē meū ſcripta. Reliquum
 ante cænā ingrediuntur perſonati ſcænico ornatu intra nem⁹ i
 cluſi: quod conſitum viretis & arbuſculus nihil pene diſta
 bat a vero nemore. cupidinis ludicrū egerunt homines fe
 ri ac ſiluatici clauam ligneā magnū geſtātes iſtat Herculis
 clauigeri. cantat⁹ ſūt carmina argumēto diſcurſibusq; re
 ciprociſ accōmodata. ex his vnus leonē cicurem ex arma
 tū q; loro trahebat. erat autē homo leonina pelle veſtit⁹ te
 ctuſq; adeo graphice ac ſolerter: vt a neſcientibus vet⁹ leo
 crederetur. exhibit⁹ ē & in ſaltatione monoceros ficti⁹
 ſequēti die qui dies erat pridie ka. Februati ſimulachrum
 pugnæ bellicæ in foro maximo editū eſt: ad quod ſpectan
 dū anteq̄ iretur i aula Bentiuola Ientaculū regiū dignūq;
 memoratu p̄cipibus matroniſq; exhibetur: quod iter cæ
 tera ſpectacula cū primis annumerari meretur: Nāq; per
 dulciarios artifices quos diu domi ob id ipſum habuerat
 p̄iceps Bētiuolus cōcinnata ſunt ex ſaccato edulia variū
 generiſ: quæ itra tricliniū ex ordine illata cū t̄torū oculis
 ad talē inſpectionem cōuertētūt. Præcedebat carrus cupi
 dinis triūphaliſ ad amuſim cōſectus: quē quatuor ex mi
 niſtriſ baiulabāt: ſubſeq̄bātur ſimulachra oppidorū: ima
 gines elephātorū: effigies volucrū: ſpectabātur & naues cū
 armētis: inſignia p̄cipū & id genus q̄ plurima: quæ nemo
 a veriſ internōſcere poſſet: adeo ingenioſa eſt natura mor
 taliū ad r̄ūta quæ velit imitāda. Oia hæc importata fuere
 magiſ viſui q̄ eſui accōmodata: magiſ oculos ſatiatura q̄
 ſtomachū. Sigula ſinguliſ dono data p̄cipibus. Eſculēra
 vero bellaria atq; tragemata oīſ generiſ pro Iētaculo iſe
 rūtur: quorū magna pars i vulgus pro miſilib⁹ ſparſa. Cū
 omnes lautiffime ientāſent itū eſt agminatim ad haſticos
 ludos cōt̄m̄ lādōs: quos ſponſa cum omni comitatu ma
 trionali proſpectauit eſpeculatorio: quod decentiſſimū in
 palatio ſenatorio ob id ipſum fieri iuſſerat min⁹ roſci⁹ id
 temporis dīctator homo c̄m̄niū nobiliū doctiſſim⁹ om
 niū doctorū nobiliſſim⁹. Iam totus populus ac peregrini
 paſſim procurrentes forum cōpleuerant: & cuneos iſtat
 cuneorū theatralium e ligno fabricatos ſartim cōſtipate
 rant. Multi cum periculo ſalutiſ culmina tectorū quib⁹ fo

rum cigitur cōscēderant ex imbricibus tegulisq; specula-
turi. Tres equitum turmæ toridēq; turmarū ductores appa-
ratu magnifico spectabiles forū ingrediuntur. Ordo agmi-
nis turmatim eūtis talis fuit. Prim⁹ Hannibal Bentiuolus
equo iuehitur: quē ātecedūt equi bellatores eximie magni-
tudinis aureis tegumētis velati circūstāt stipato res cādida
ti tanq̄ petitores magistratū romanorū. Tutmales. rega-
li cultu procedūt: ipse armatus fulget in iuo. Arma radiā-
tia auro paludamēto cōteguntur pompa prorsus regalis
opulentie: ex altera fori parte irrumpit Frāciscus princeps
Mantuanus: qui incomparabili magnificentia oim ocu-
los in se ac suos conuertit: præibant lancearii habitu thur-
carum de quibus antedictū est. Lancearios sequebātur bi-
potoxatæ cum scorpionibus. equi duodecim line sessori-
bus ingenti corporatura deducuntur opeti velamētis: quæ
auro erant purpuraq; distincta: quorū fulgor ōnes fori par-
tes illuminabat: de quib⁹ Virgilianum illud dici merito po-
terat bello armantur equi bellū hæc armenta minātur. Pro-
ximibant Doriphori vt ita appellemus gestatores hastarū
bellicarum. Ipsius vero principis cultus iter precipua
spectabatur. Nāq; equo vectabatur exuperatissimo vigo-
re & inusitata magnitudine & vectabatur palludatus au-
reo paludamēto: ornatuq; haud dispari suos exornauerat
bellatores. præcurrebāt spiculatores induti vestimēta preci-
osa vtpote dimidiata ex auro dimidiata ex serico contex-
ta. Nouissimo loco itrocessit Gibertus caprim⁹ principis Bē-
tiuoli gener & ipse visendo decore cōspicius orū umentis
equorū equitūq; præfulgētib⁹. Venerūt & alii pro facultati-
bus ornati: sed super oēs Mantuanus regulus existimat⁹
ē illud decorasse spectaculū: cui⁹ manica plaudamenti ca-
bunculis: hiacynthis: saphiris: & id genus gemmis preciosis
simis onusta prestrigebat acies oculorū: ordo hastici certa-
minis erat talis. D^o cataphracti e regione collocātur. qui
i equo immobili sedentes exciperēt ictus incursantiū qui-
bus post horæ spaciū totidem recentes succedere debebāt
Hæc bellicæ pugnæ imago ex militari romanorū discipli-
na mihi trāslata videtur: apud quos tyrones exercebantur
ad palum. qui istar bellatoris immobilis excipiebat ict⁹ con-
grediētū. pugnatū est horis amplius tribus cōtinenter: cō-
plures hastæ & abellatorib⁹ procurrētibus & astatatis fra

&æ: cōplures ictus armifoni vltro citroq; & illati & accep-
 ti foro clāgentibus tubis reboante spectatōribusq; plautu
 & vociferatione fauentib⁹. Multoru eo die viriliter dimi-
 cātū virtus spectata est: sed in primis Hanibalis Bentiuoli
 qui ante annos getēs robur animūq; virilem specimē am-
 plissimū futuræ virtutis ostendit: quæ in pulchro atq; pue-
 rili corpore veniens gratior fauorabiliorq; esse conlueuit:
 Gaspar Roberti sancto seuerinatis fili⁹ paternæ virtutis
 emulato functus est officio acerrimi bellatoris: sed iter o-
 nes excelluit princeps Mātuanus quē post cetamen iudi-
 ces publico preconiō victorem pronūciarunt: brauiq; q;
 quod erat argenteū donauerūt. Trāacto ludictō cūcti læ-
 titia delibuti cū oculorū desideria satiafent foro facesiunt
 iā die i vesperā præcipiti recta ad ædes Bētiuolas pergunt
 nouū ifrequēsq; ipectaculum speculari. Nā Floretin⁹ qui
 dā machinator ægregius: & mechanicæ artis sciētissimus
 machinā solertissimo artificio fabricauerat: quam girādo
 lam vulgus appellat: quæ nostra lingua orbis flammeus dī-
 ci pōt. Vtar enim hoc vocabulo quo ad iuenero meli⁹: erat
 hæc machina funibus suspēsa sub papillone Bentiuoli for-
 ri ingentis magnitudinis in rotūditatē circumacta: tribus
 circulis cingebatur medio extremos exuperante: cresce-
 bat i ventrem labris paulatim se restringentibus: cui nihil
 tam simile est q̄ calathi effigies. Ignis intra machinā furti
 inclusus arte mechanica alebatur per fomites incendiorū
 discurrens quibus tota moles erat refertissima: debebatq;
 hora sub vesperum stata cum crepitu bomboq; maxio fla-
 grātes radios eiaculari. Machinator prædixerat post pri-
 mā horā nocturnā futuram flammarum eiaculationem Iā
 sublato tētorio: reductisq; velis audissimè præstolabantur
 populus numerosus cōdictū tempus conflagrationis. iam
 crepusculum iā tenebræ densæ iam hora fatalis aduētat: cū
 repētē tāta vis flāmæ & incēdiorū emicuit cū crepitu erup-
 tionis vehementissimo vt cælū ipsū flagrare simul & rue-
 re videretur: vt multi præ pauore corruerint. fuligine fu-
 mo odorēq; sulphureo cuncta compleri. Radii igniti sub-
 ide erupētēs iter spectatores formidolosos volitare: horuz
 facies afflatu fœdare illorū vestimenta comburere: fuitq;
 plenū horroris cum voluptate ipectaculum: quod nouissis
 inter captiales lusus exhibituz haud quāq; displicuit noui

rate blandiente: quæ sæper fere solet esse gratissima: cū ad noua hoies libentissime veniant ad noua concurrāt. ex aetate cæna saltationibus non inuenistis & id gen^o voluptatibus kalē. Februariis cum iā absoluta eēt ex omni parte festiuitas nuptiarum quæ quatrīduū celebratæ fuerunt: hospites tam principes quæ priuati suas quisq; domos repetere & in patriam repedare ceperunt omnes inibuti hac persuasione vt Iohannem Bentiuolum magnificentissim^o ornatum se vero honorificentissime acceptos arbitrarentur: crederētq; reliquos Italiae principes facilius Bentiuolorum nuptias imitaturus quæ superaturus. Et me hercules nemo nō vehementer admirari incredibilem) tot rebus peragēdis celeritate: secum quilibet reputare quantas facturus fuisset princeps Bentiuolus nuptias si annum tempus ad ornamenta comparanda habuisset: cui bimestri spatio per brumales dies tāta cōficere licuisset. Ad nuptias celebrandas hospitem circiter tria milia cōuenisse meoranē: qui q; hospitia ciuiū diuisi partiq; esculenter cibariis ex aula Bentiuola assatim suppediatis. Cibis potioq; oibus esuriētibus ac sitiētibus exhibita. illuc ægestosi tāq; i asylū cereris ac liberi patris cōfluebāt: Tubicines tibicinesq; ex oib⁹ Italiae partibus inumeri affuerūt: tīpanistæ vtricularii choraulæ & id gen^o ferme oēs organici musici vndiq; cōuenerunt: audiui⁹ petulantias scurrarū fatuitates morionū: vidim⁹ prestigia prestigiatorū: nec pumilioes defuerunt. Ex hoc oī nūero nō non donat⁹ a Bentiuolo principe discessit: inter rēta apparatus nuptialis ornamenta ornatissim⁹ magnificentissim⁹ fuit ordo architri clinorū: quorū nō per tot dies eādem vestē bis iduit eūdē cultū iterauit. Quinimo siguli sigulis diebus matoria subide iduebāt. Idē quoq; a principibus matronisq; factitatū: munera nuptialia certati ab oibus collata. Ciues Bononienses publice ac priuatim quæ pluria cōtulerunt: Alī mafora: alī minor pro facultatibus. Agricolæ ac rustici omnes pagatim oppidatimq; cū donis nuptialibus ad Bentiuolum principem accesserunt. Principes italici tā reges quæ reguli legatq; principū ac dinastæ pretiosissima quisq; munera attulerūt. Summa accepti haud dubie maxima æstatur. sed summa expenſi nō mediocris. per eos deſ dies clausunt sunt tabernæ: officinatores feriati: æleticæ caulae indidum est iusticium: quod prisca romani i luctu ac periculis i

dicere solebant. Haecenus nuptialem festiuitatem scriben-
da esse duxim⁹. Alii minutiora scribāt & leuiora: quæ nos
cōsulto prætermisim⁹ præbitura plus fastidii q̄ oblectamē
ti lectitātibus. Quod superest deos deasq; oīs rogo & oro
vt cōnubiū istud velint esse foelicissimū ac fortunatissimū:
sicut nuptialis apparatus fuit splēdidissim⁹: vtq; nouis ma-
ritis annos Nestoreos cū Metelli foelicitate largiantur.

Diuisdem Endecasyllabon.

Quo tuo quo properas recens libelle?
Extra limina cur cupis vagari?
Intra scrinia cur nequis manere?
Cur limam refugis meumq; cælum?
Cur optas volitare per tabernas?
Vendi plus minus assibus duobus?
Exi: sed video tibi paratos
Ronchos Rhinocerotas & malignos.
Rugoso aut piperi dabis cucullos.
Aut merces olidas salariorum
Infœlix gremio reges madenti.
Hæc incommoda si sapis libelle
Vitabis: via nam tibi parata est.
In calchi fugito sinum patroni
Qui iam suppetias feret clienti:
Qui te præsidio suo fouebit:
Qui doctos amat excolit venustat.
Hunc quæ ra: reuerenter hunc adito:
Huic post legitimam osculationem
Dices protinus. o decus honorum
Te saluere meus iubet poeta:
Et te viuere Nestoris senectam:
Et te principibus diu placere
Optat: silq; sui memor precatur.
I iam quo properas recens libelle.

Philippi Beroaldi oratio nuptialis habita Mediolani.

Inter multa viri præstantissimi ac matronæ ve-
nustissimæ quæ iucūda & vtilia mortalibus cō-
parata sunt: iucundissimum & vtilissimum est
maritale coniugium: quod homines disūctos
vinculo artissimo coniūgit: quod familias dissociatas mu-
tua affinitate cōsociat: quod necessitudines cōciliat: quod
f.i.

amicicias religiosas comparat: quod domos numerosa fo-
bole fecundat: quod vrbes legitimis ciuib⁹ replet: quod
deniq³ efficit: ne genus humanum temporis longinquitate
deperat: sine quo nulla ciuitas: nulla gens nec ipse vt ita lo-
quar mundus consistere potest: vnde non mediocri laude di-
gnus existimandus est Cecrops ille priscus: qui diphyes co-
gnoitus esse fertur: hoc est duplicis geminaeque naturae p-
pterea q^d primus foeminam mari sacros? to matrimonio
copulauerit: quo dono nullum domum mai⁹ ex cogitari pos-
se contenderim: quod non tam humanum q^m diuinum: cuius
non tam cecropem q^m deum conditorum credere debemus sicuti &
ecclesiasticum dogma praescribit. merito itaque ingeniorum fos
Homer⁹ populos in caelibatu viuentes Abios appellat quum vi-
ta caretes: & mortaliu vita sine conubio dimidiata a lucu-
lētis scriptoribus nūcupatur tanq^m absoluta ac perfecta vi-
ta ex maris foeminaeque societate conficiatur. Et quemadmo-
dum laudandi sunt illi qui in ordine maritorum numerari concupis-
cunt: ita illi vituperandi qui in caelibatu viuere perseverant iugum
conugale deprecantes. Quibus vero preconis quae laudatione
celebrari merentur illi veteres romani: quibus nulli vnquam nec
factiores nec bonis exemplis ditiores extiterunt: qui caelibes
puniebant multam irrogare soliti si quis uxorem ducere re-
nuisset. Talesque subinde censoria nota afficiebantur. Qua quid-
em in re mihi videtur lycurgi & Platonis leges utpote diui-
nitas conditas esse imitati: quae iubet eos omnes dedecore affici-
endos esse pecuniaque multandos qui rei uxoriae non fuerint
operati. Namque Scitis lycurgi arcebatur caelibes a spectio-
ne ludorum gymnicorum: & honore illo priuabatur: quo iuue-
nes persequi seniores conueuerunt & illud in deryllida a iuue-
ne spartano dictum nemo non probat: qui assurgere illi noluit
quod imperatori non improbo neque cedere subsellio verbum illud
promissum dignum memoratu. Ideo tibi non assurgo quonia non
quod tu filium qui mihi dederet genuisti. Platonicae vero leges
tempus conugale praescribentes multam dicunt illi qui a xxx.
aetatis anno usque ad trigessimum quintum uxore ducenda superse-
derit. Aristoteles quoque cum praecipiente Platone congruens
praecipit in politicis foeminas circiter octauum decimum aeta-
tis annum nubere. Mares vero circiter annum xxx. sextum uxore
ducere debere. Hoc enim tempore utrumque copulari viginti
corporibus. Caeterum inter nationes omnes romani conugalia

sacra reuerētissime coluerūt: & plurimis ceremoniis orna-
 mētisq; honestāda atq; decorāda eē cēsuerūt. hīc illæ quīn-
 q; faces ī nuptiis adhibebātur: quas ex spīna alba cōfectas
 pueri patrīmī matrīmīq; gestabāt. Quo numero haud du-
 bie significabatur quīq; geminos vno mulieris puerperio
 progigni posse: vel q̄ par numer⁹ q̄ fœmineus ē & impar
 qui mascul⁹: simul copulati progenerāt. Hīc aqua & ignis
 ī nuptialib⁹ sacris afferebātur. Quæ duo elemēta vitā mor-
 taliū maxime cōtinēt: vt videlicet ostēderēt: ita virtū fœmi-
 nāq; disīuctos steriles eē ac ifœcūdos sicuti sine calore hu-
 mor: sine humore calor nihil gignere possūt. cōiunctos ve-
 ro vī habere generatiōis aptissimā. Hīc nubētes colus cō-
 pta & fufus cū stamine comitabatur: quæ res plane demō-
 strabat vxorē: in domo maritali lanificiū exercere debere.
 vnde & Thalassii nomē: quod lanificiū significare autumāt
 eruditi vsurpabatur ī nuptiis. Quid ī præsētia memorē quē
 admodū nouæ nuptæ domū mariti ingrediētes adipe sul-
 lo siue vt Masurius inquit lupino postes per nugebant: ex
 quo vxores denominante credūtur. Lōgū sane foret si cau-
 sas rerū omnīū nuptialīū īngulati recēdere vellem⁹. Quo-
 circa prudens preteribo cur limē maritale nouæ nuptæ pe-
 dibus nō tāgebāt: cur flameo luteo caput obnubebāt. Cur
 cīgulo nodo herculaneo victo cīgebātur: quod mox īn cu-
 biculo maritus dissoluebat. illud prætereūdū nō est farreū
 nouæ nuptæ preferri solitū propterea q̄ nihil religiosius
 erat vīculo cōferreatiōis: quæ solis vt īquit Boeti⁹ pōtifi-
 cibus cōueniebat. Vnde & matrimonia farracea a cōmuni-
 catione farris nūcuparūt. Quāta veneratione cōnubia ro-
 mani proseqrētur: hīc maxime dignoscitur: quod complu-
 res deos nuptialibus peragēdis præesse voluerūt. Nā deus
 iugatinus noiatus iuocabatur: quādo spōsus sese spōsæ cō-
 iugebat: iugūq; pariter maritale subibāt. Domiducus adhi-
 bebatur quādo ad mariti domum noua nupta ducebatur:
 cui Cumerū quod nuptiale yas est præferri mos erat: deā
 vera Mātūrnā adorabant: vt scilicet cū viro vxor iugiter
 maneret. Quod si rixæ iurgiaq; conjugalia aliqñ iuterces-
 sissent: ī sacello deæ vīriplacæ recōciliabātur. Deāq; vīgi-
 nēsē ī dicitō venerabātur vt vīrgīni zona illa solueretur: de
 q̄ est illud Catullianū. Quod zonā soluit diu l. gatam.
 Quinetiā Junonē cognomēto cinx iam atq; vnx iam: De-
 f. ii.

um subigū: Deā premā atq; partūdā aliāq; numina cōplu-
cula in coniugalibus sacris adhibuerunt: A deo matrimo-
nium sacrosāctum atq; venerabile apud illos erat vt id nō
sub vno deo tutelari: sed sub plurimis tutandum custodiē-
dumque censerēt. Præterea eos qui in maritorum ordine
numerabantur honoratiores his qui vitam cælibem dege-
bant esse voluerunt. Et olim Quintius Metellus numidi-
cus in cēsura populū romanū hortat⁹ s est ad vxores
ducendas causa liberorum creandorum luculēta quadam
oratione: quam dem Augustus Cæsar cum & ipse de ma-
ritandis ordinib⁹ ageret & ad matrimonia capessēda qui
rites hortaretur commodissime vsurpauit: & mediusfidij⁹
si verum volumus confiteri adiutorium vxoris viro neces-
sarium est. Nam quēadmodum vir foris & sub dō nego-
ciatur: comparatq; labore ac vigilantia facultates quæ te-
tis recondantur: ita mulier res paratas custodit & illa om-
nia curiose conficit quæ domi debeāt administrari. Sic al-
terius opera a natura comparata est ad exercitationem fo-
rensem & extraneam: alterius ad domesticam diligentia.
Præterea quid dulcius quid iucundius esse potest patri-
familias intra pœnates domesticos se recipienti: q̄ habere
matrēfamilias cuius tutelæ cuncta domestica negotia cre-
dat: cū qua curas partiatur cui cogitationes itimas cui par-
uos liberos tradat: quæ marito iugi exercitatione fatigato
sit requies atq; fomētū: Et cum nihil in domo maritali di-
uiduū cōspici debeat in cōmune ambo cōspiciant cōtuber-
nio dulcissimo perfruentes. Merito igitur vas e⁹ Aionis
Tuba euangelij & sanctorū scripturarū armarij apostolus
Paulus nuptias vocat honorabiles & cubile in maculatū.
Merito honorabiles a nobis hodiernæ nuptiæ appellari
possūt: cū spōsus & sponsa honoratissimi cōspiciantur. cū
ambo splēdido genere clarisq; natalibus orti sūt. Quis eni
nescit: familiam pi⁹ uanorum ī hac vrbe esse vetustissimā
generosissimamq;: vtpote quæ olim rebus potita esse dica-
tur: quam nō pauci in studiis ingenuarū artium & potissimū
medicinæ illustrauerūt. In quo non solū litteræ & discipli-
næ liberales: sed religio & ceremoniæ floruerūt: Cū ex hac
iam pridem gēte prodierit Vir sanctitate vitæ clarus Diu⁹
Galdinus: cui⁹ nomē & sanctitudo apud Mediolanēses est
venerabilis. Verum hac tēpestāte genus pitouanorum illu-

stratur ornaturq; viro ornatissimo Gabriele. Cui⁹ Neoga
mi hoc est noui sponsi nuptias hodierno die nuptiali ora
tione prosequimur. est enim hic multiugis disciplinis de
corat⁹. Astrologiæ peritissimus philosophiæ cõsultissim⁹
& in primis medicinæ scientissimus: quæ velsingulæ inge
nuæ artes quemuis hominẽ possent illustrare. Astrologia
enim ab rerum terrenarum cõtemplatu mētes nostras euo
cat ad spectand. cælestia ad cursus syderũ statos penlitān
dos: ad superas sedes noscitrādas hæc efficit vt homies pa
rum a diis distare videātur. Philosophia quæ mater artiũ
appellatur dux est vitæ mortaliũ. animorũ morbis mede
tur: rerũ causas soleter iquirat & diuinæ maiestatis archa
na rimatur quod foelicissimũ existimat Mantuanus Vates
Medicina vero qua nulla ars fructuosior esse fertur salutē
deploratis restituit: morbos expellit: afflictã recreat: lãguē
tia corroborat & cū morte ipsa subide colluctatur: has tã
tas tãq; præclaras nupeti spõsi virtutes exornant suauissi
mi mores sũma comitas dexteritas affabilitas: quæ res il
lum haud dubie fecerũt apud Mediolanēses omnis fauora
bilem: apud illustrissimos p̄cipes gratiosum. in sũmã cha
rus est omnibus: inuisus nemini omnĩu beniuolentiam ge
nuina quadam probitate demeretur. Cuius cõsobrinũ esse
non pœnitet magnificum ac circũspectissimum virũ bar
tholomeum chalcũ: de cuius eximius dotibus ac probatis
sĩmis moribus abunde iudicauerunt illustrissimĩ principes
Mediolaner ses: qui cum archigrãmatheum hoc est p̄ci
pem sc̄ibarum ex omnibus vnum delegerunt quẽ omnĩũ
archanorum participem ac consiliarium esse noluerũt. sed
hæc obiter pauca de multis. Cæterum quẽadmodum spõ
si familia generosa est: ita sponsæ genus illustre & peruetu
stum esse creditur In quo multi in toga multi i re militari
excellētes extiterunt: qui suis ipsi virtutibus apud vos co
gnitissimi sunt: ita vt nostra laudatõe nõ egeant. Ipsa vero
spõsa omnibus quæcũq; in matronam cadunt dotib⁹ præ
dita Familæ est ornamēto. Ingeniũ mores Matronalisq;
venustas foeminã cõdecorant. Et cum quattuor sint quæ i
spõsis quærãtur forma. p̄bitas. nodilitas. dos: hæc formo
sa hæc proba hæc nobilis hæc dotata ē. quãuis ipsa nõ illã
sibi dotē ducat esse quæ dos dicitur: Sed pudicitiam & pu
dorem & sedatum cupidinem. Deũ metum. parentũ amo
f.iii.

rem & cognatum concordiam. Qualis dos probatur & ex
petitur in primis ab Alcumena plautina. Deniq; vt semel fi
nā probata probatissimo: modesta modestissimo: Lauda
ta laudatissimo nubit: Quorū cōnubium sicuti compar est
beneq; cōueniens: ita diū faxint sit foelix faustu atq; fortu
natum. vt diutissime viuant virā concordissimā iucūdisti
māq;. & vt dulces natos suscipiāt: & ex natis dulcissimos
ne potu' os aspiciant: quorū iulibus oblectetur: quorū blan
ditiis refoueat: quorū fortunis ac foelicitatibus cōdeco
rentur. Sed iam tempus est vt formulā a maioribus institu
tam vsurpemus: & vernacula lingua loquentes præfatione
religiosa sponsum ac sponsam ita interrogemus.

Ad magnificū Minū Roscium Senatorē Bononien
sem Philippi Beroaldi Bononienſis epistola.

Homines vocati homo in lingua vernacula di
fertissimus cētum fabulosas hystorias stilo ele
gantissimo composuit: ex quibus duas nos po
simum excerpſimus: easq; in latinum sermonē
nuper exercendi ingenii causa tranſtulimus. Nam quem
admodū maiores nostri ex græco in latinum & ex latino
vertere in græcū optimū esse iudicabāt id quod in primis.
L. Crassus & M. Cicero factitasse traditur: Ita nobis con
ducibile visū est ex vernaculo vulgatoq; sermone aliquid
Mythicō hystoricōq; conuertere in romanā linguā: ex qua
cōuersione ingeniu mediūssidius vegetatur. eloquentia ex
politur. Suppellex verborū optimorū copia iſſima cōpa
ratur. In hac autē interpretatiōe fateor me nō vbiq; verbū e
verbo sed sensū expressisse de seſu: quæ dā prætermiſſe. nō
nulla addidiſſe. Eaten⁹ vt decorē in trāſlatiōe pro virili par
te cōseruarem. Et hoc fecimus sequuti Oratiū præceptū
ita præcipiētis in arte poetica. Nec verbū verbo. curabis red
dere fidus interpret. quod etiā faciendū docet Diuus Hiero
nimus scribēs de cōſuetudine genere interpretandi. Accipe ergo
Vir præſtantiſſime & in studiis humanitatis litterisq; nostris
politissimæ opusculū a Philippo tuo cōcinatū. De alieno
effigiatū. de alieno nostrū: quod legas quæſo cū fueris socio
sus cū animum a Senatoriis mūeribus publicisq; negociis
paulisper recreare decreueris: cū te in bibliothecā tuā quæ
te singulari eruditiōe decorauit: recōdideris. Tūc enī
mus exuēdus ē curis grauiorib⁹: demulcēdus litteris amœ

niorib⁹ & refouēdus voluptatib⁹ hylariorib⁹. Tūc hascæ
nugas poteris ī man⁹ sumere: poteris īspicere. & tuo poli-
to limatoq; iudicio pēitare. Nūquid ad flosculos Bocca-
tū ī suo genuinoq; sermone prænītētes aspirare potuerint
nostra istæc latina iter pretamēta: Quæ tibi peculiariter di-
caui. Propterea q̄ veri amoris veræq; amiciciæ testimo-
nia sūt locupletissīa. q̄cqd id ē boni cōsule & me vti soles ama.

Quo tempore octauius Cæsar nundum cogno-
minatus Augustus in triumuiratu romanum re-
gebat imperium Fuit rome. p. Qu. Fuluius ho-
mo patricius ac nobilis qui filium nomine Ti-
tum fuluium iuuenem singulari ingenio præditum athenas
misit vt philosophiæ studiis erudiretur: eumq; etiam atq;
etiam commendauit chremeti viro nobili amico vetustis-
simo: qui Titum hospicio suscipiens voluit vt in contuber-
nio filii Gissippi familiariter educaretur: & vtrumq; Aristi-
po id temporis philosopho illustrissimo tradidit eruden-
dum: vt hisdem pariter doctrinis imbuerentur. Cum itaq;
ambo iuuenes vitam degerent communem: tanta similitu-
do morum repēte apparuit vt summa germanitas sūmaq;
beniuolētia iter ipsos coaluerit. adeo vt vix morte potue-
rit dissociari. simul ambo philosophiæ studiis incumbere.
simul ambo ad fastigium diuini dogmatis ascendere. am-
bo excellentissimi ingenii dotibus pares existere. qui talne
vitam duxere circiter triennium maxima cum voluptate
chremetis. is vtrumq; pio amore prosequēs nec in filium
q̄ in Titum propensior cū iam esset senio confectus e vita
migravit: Cuius obitum tanq̄ cōmunis parētis Titus atq;
Gissippus peræque defleuerunt & pari lamentatione prose-
quuti sunt. adeo vt nec ipsius chremetis familiares ac co-
gnati satis dignoscere possēt vter eorum iuuenum magis
consolandus foret. post aliquod menses amici necessariiq;
Gissippi hominē cōueniunt & ad vxorem ducendam pari-
ter hortantur puellam se reperisse dictā: rates Ciuem atticā
incredibili formositate conspicuam & generosissima gen-
te procreatam: Cui sophroniæ nomē erat: & id temporis
Quintum decimum agebat ætatis annum. horum votis gi-
sippus vtpote iuuenili ardore calescēs libēter annuit. Iam
q; appetebat tempus nuptiarū. Cum sponsus vna cū Tito
ad sponsam visendam proficiscitur: iam ambo intra ædes
f. iiii.

sponsæ penetrauerant Iam inter Gissippū Sophroniāq; fa-
cetissimi sermones serebātur: Cum Titus quasi elegans spe-
ctator scēminæ formositatis adhibet⁹ cæpit curiosis ocu-
lis cūcta perspicere & sigula Sophroniæ membra callēter
pēlītare: quæ cum mirandum in modum tota cōplacuisse
ipse secū illam speciosissimæ puellæ venustatē illud dec⁹:
illam exuperatissimam pulchritudinē subide memoria
repetēs tāto amoris incēdio cæpit & suar quāto null⁹ pri-
scis tēporibus amator cōflagrauerat. cū itaq; domū repe-
dassent: Titus intra cubiculū solus super Sophronia cogi-
re. Sophroniā intueri: Sophroniæ nomē idētidem noiare
tāto magis ardescēs q̄to magis in ea cogitatione vertaba-
tur: tādē post multiplices curas crebraq; suspiria ita secum
lamentari exorsus est. Heu te miserū. heu erumnosam vitā
tuam Tite. Vbi animus. vbi amor: vbi spes tuæ collocātur:
nonne vides nonne sentis hanc tibi virginem in ea vena-
tione esse habendam: qua sororem? Hoc exigit munificen-
tia & benignitas ī te a chremete collata. hoc exposcit fida
vetusq; amicicia: quæ tibi cū Gissippo est huiusce adolescen-
tulæ ipōso. Quid igitur cōcupiscis? quo te a fraudulēto cu-
pidine præcipitem trahis inis? quo a spe blandiente. Reclu-
de aliquādo oculos animi: & temetipsum ī cœlix recogno-
sce: optempera rationi: & cohibe illicibilem appetitū. Mo-
derate cupiditates īsanas & aliorū cogitationes tuas cō-
uertito. p̄cipiis obsta: & vince teipsum dū tempus adest:
dum datur occasio. Istud quod tu tāto opere affectas: turpe
flagitiosū indecorū est: Istud quod assequi moliris abs te ī-
primis fugiēdū: Si id quod vera amicicia exposcit & quod
teipsum decet itueri velis. Quidnā igitur tibi Tite factitatū
est? amor is mediūffidius illicitus illaudabilisq; relinque-
dus. alioquin iter fidos amicos perfidiosissimus iudicabe-
re. Dein cū Sophroniæ reminisceretur mutato consilio cū
cta quæ dixerat retinēs sic secū sol⁹ sermocinabatur. Ma-
iores sūt profecto vires legis cupidinæ: maiorq; potētia
q̄ legum reliquatū. Leges cupidinis frangūt dissipātq; nō
solū leges amiciciæ: verum quod maius est diuinas. Quoti-
ens impellente cupidine pater filiam adamauit: frater sor-
rem: nouerca priuignum: quæ haud dubiæ sūt maiora por-
tēta q̄li amicus amici vxorem ardēter amet: id quod tam
sexcētis factitatū. huc adde q̄ ego sū iuuenis: & iuuenis in

primis obnoxia ē legib⁹ cupidieis. Quod igitur amori pla-
 cet mihi quoq³ placeat necesse ē. honesta seniorib⁹ cōueni-
 unt. Ego id velle cogor: quod amor iubet, formositas hui⁹
 virgunculæ tāta est vt ab oib⁹ mari mereatur. Et quis me
 merito poterit obiugare? Si iuuenili ætate calescēs tam de-
 coram tā venustam iuenculam tāq³ amabilem adamauero:
 quæ a me non propterea amatur: q̄ Gislippo despōsara sit:
 imo eā amo liber⁹ tuisq³ amarē si alteri denupsisset. In hoc
 fortuna obiugari meretur Quæ sophroniā amico meo Cis-
 sippo potius q̄ alteri habenda tradidit. Quod si puella ob ī
 cōparabilem formositatē meretur amari: sicut hercules me-
 retur debet a quiore aīo ferre gisippus: si rescuerit eam mi-
 hi eē potissimū cordi: non alteri: hæc & id gen⁹ mltā secū
 Titus ipse volutabat aīo: qui nutabūd⁹ ī partes varias di-
 frahebatur. Itaq³ maxio curarū aīo fluctuās non solū diē
 illū noctēq³ quæ subsequuta ē suspirādo cōsūpsit: sed & alias
 cōplusculas. adeo vt nec cibū caperet. nec sōno indulgeret
 In lectuloq³ præ nimia virū imbecillitate decūberet. Gisi-
 pus vtpote qui Titum iā pridem viderat sollicitudib⁹ an-
 xium & nūc eūde videbat aīo grotatē: maxio dolore affici
 tur: omniq³ adhibito studio ac diligētia nusq̄ ab ipsi⁹ late
 re discedēs hoīem sæpissime cōsolatur. subinde causam ex
 quirēs & curarum & aīo grotatōis. Cæterū Titus variis respon-
 siones fallaciosas hacten⁹ cōmēt⁹ fuerat ad gisippum astu
 decipiēdū: Tandē suspirās ac lachrymabūd⁹. Gislippe iquit
 si diis placuisset: mihi erat mors iādudū vita iucundior co-
 gitanti a fortuna me eo esse deductū: vt mihi virtutis meæ
 periculū faciendum fuerit: quā appetitionibus dñantib⁹ nō
 sine maxio meo dedecore succubuisse cognosco Itaq³ præ-
 color mortē quæ mihi sit futura suauior turpi vita atq³ fa-
 mosa iā. n. tibi cūcta denarrabo. iā ex me pudibūdo cūcta
 cognosces Cū apud te nihil occulere: nihil dissimulare nec
 possi nec debeat: nec veli. Et ab inicio reū exors⁹ detexit
 Scæ nā curarū suarū. Et quēadmodū secū accerrime cōten-
 disset hinc amor: illinc honestas: hinc dedecus. illic decorū
 & vtandē animus vndiq³ vexat⁹ imperioso amori succu-
 buisset. Deniq³ edisserit quēadmodum sophroniā efflictim
 deperiret: asserens se amoris sordidissimi flagitiosissimiq³
 pœnas morte luere cōstituisse. ad eaq³ citissime se puēturū.
 Hoc audito Gislippus paulisper hesitabūd⁹ vtpote sophro

nīa cupitor: Dein secū ipse incunctāter decreuit vitā ami-
ci āteponēdā eē virgūculā: & lachrymis Titi oppido com-
mot⁹ ipse quoq; plorabūdus sic inquit. Tite nisi i cōsolatione
indigeres ego te apud teip sū exoptularē tāq; amiciciae no-
strā praeuaricatorē: qui tādiu tuos acerbissimos affect⁹ mi-
hi ignotos eē voluisti. Quod si tibi istud inhonestū ac īde-
corū videbatur: Scito inhonesta nō secus q̄ honesta cū a-
mico esse cōicāda. Nā qui verus amicus est quātū ex hone-
stis amici rebus capit voluptatis tantū a flagitiosis ac tur-
pibus amici animū abducere conatur. Sed in praesentiarū
his post habitis propiora discutiam⁹. Si tu sponsā meā so-
phroniā ardēter amas nihil equidē admiror: valde admira-
turus si abste secus fieret cognita puellae formositate & a-
nimi tui generositate perspecta: qui tāto est ad passiones a-
moris subeūdas accōmodacior: quāto res cōcupita fuerit
excellētior. & quāto æquius sophroniā amas tāto iniqui⁹
de fortuna cōquereris. Dī tibi videtur eā abste honestus a-
mari potuisse si alteri potius q̄ mihi denupsisset. Verum si
tu prudēs ac circūspect⁹ es: prout esse cōlueuisti: profecto
cognoscere debes te plurimū debere fortunā: Quae sophro-
niā mihi q̄ alteri fouēdā dare maluerit: Et enī quiuis alius
maritus suorū potius q̄ tuorū amorū rationē habendā esse
duxisset: Quod mime cadit i meos mores: Si me tā tibi: q̄
qui maxime sit: amicū esse credis. Cuius rei argumētū vel
hoc sit q̄ ego postea q̄ sumus inter nos amicicia copulati
nihil habuisse me memini quod nō tibi quoq; cōmune fo-
ret. quietiā hęc res nisi i eū locū adducta esset: vt reuocari
nō posset: id in praesentia quoq; facerē quod reliquis i rebus
a me sepe an hac ē factitatū. Sed cū Sophronia i ea sit ad-
huc apud me cōlitiōe vt tua effici possit: tua mediūfidi⁹
per me efficietur: Cū nō vedeā i quo tu beniuolētiā meā de-
beas magnifacere nisi ego quoq; nouero tibi morē gerere
gratificari in eo potissimū quod honeste fieri potest: Nō
inficior sophroniā mihi esse desponsatā & a me vehemen-
ter amari. cuius nuptias cupidissime praestolabar: Sed quoni-
am tu vtpote meipso curiosior rem tam desiderabilē i cre-
dibili desiderio desideras. Viuito lētus & esto securus: pro-
pterea q̄ sophronia nō mihi sed tibi nuber: & i meū thala-
mū tua futura cōiunx deducetur: Pro i exuito curas: desie-
tristitudinē: & pristina valitudine recupata gaudib⁹ us te

metipsum cōsolare: Et aīo defecato operitor fruct⁹ amo-
 ris tui suauissios lōge amore meo præfatiōris. Titus q̄tū
 voluptatis capiebat ex hoc gisippi sermone pleno spei blā
 diētis: tātū verecūdia afficiebatur ostēdēte quo maior erat
 Gisippi liberalitas: eo maiorē suā ipsius fore ad eam vsur-
 pandā procacitatē: Quāobrē cū lachrymas cohibere non
 posset ita respōdit. Tua gisippe liberalis īgenuaq; amicitia
 apertissime ostēdit quid me quoq; in mea facere deceat. Ita-
 q; hīc deus auertat: Vt ego illam vnq̄ abste recipiam in
 vxorē: quā tibi tāq̄ digniori fortuna cōcessit: Quæ si nouis-
 set hāc mihi cōuenire neq; tibi neq; alteri eam tradidisset:
 Vtere igitur lætus sorte tua. Vtere fortūæ dono meq; sinī-
 to quæso iter iuges lachrymas tabescere: quas mihi vtpote
 hoī tāta cōmoda non merēti fortuna parauit: Quæ me her-
 cules lachrymæ aut a me superabūtur: id quod erit tibi per-
 iucundū: aut me superabunt: Et ego hoc gliscēte indies cru-
 ciatu liberabor. Ad hęc gisippus Tite inquit: si a beniuolē-
 tia nostra tantū īpetrare possunt vt tu meæ voluntati obse-
 quaris, & si ab eadē tibi persuaderi potest: vt obsequi nō no-
 lis: hoc illud est in quo potissimū decreui ipsi⁹ amicitiaē bñ-
 ficio vti: Et si precibus meis non reluctaberis: efficiam vt
 tu Sophronia potiaris: eamq; vim adhibebo qua in amici
 bonis vti debem⁹. Noui quātæ sint cupidinis vires: qui nō
 semel sed sæpissime amātes perduxit ad obitus miserabi-
 les. Et talibus te amoris pedicis illa queatum asse sentio: vt
 neq; regredi possis: neq; lachrymas vlla ratione cohibitas
 moderari. Tibi vero īpatibiles cupidinis viedines perfer-
 re nequeūti atq; ob id ipsum obeūti superflēs plane eē noli
 teq; occisime subsequar: Quocirca & si nulla alia inter nos
 causa esset mutuaē beniuolētiæ. Tamē cupio te viuere vt ip-
 se quoq; viuā. Scitoq; vitā tuam vel ob hoc mihi esse iucū-
 dissimā. Igitur erit tua sophronia cū haud facile aliam re-
 perire queas: quæ tibi tantopere placitū a sit: Et ego amo-
 rem meum non sane difficulter in alteram transferens & ti-
 bi & mihi satisfecero: cui negotio obeūdo fortassis nō sic p-
 pēsus forem: Si tam raro tāq; difficulter vxores reperiren-
 tur: q̄ raro quāq; difficulter amici veri reperiuntur. Ideoq;
 cum ego possi facillime vxorem alterā inuenire: amicū ve-
 ro alterum difficillime: Malo vxorem amittēte q̄ amicū.
 Immo nec vxoris iacturā patiar si eam tibi cōcessero. sed

ex bona in meliorem fortunam eam transtulisse: neque amicum
perdidisse existimabor. Proinde, quid apud te pollet preces
meae te rogo quaeque; ut hac aegritudine deposita te meque
simul consoletis: Et optima spe fretus constituas eam capere
voluptatem quam tuus feruentissimus amor exoptat. Titus parti
pudore suffusus quod indecorum esse existimaret ut ipsi Sophronia
desponsaret, parti stimulare cupidine & hortamentis gi-
sippi vigoratus sic loquitur. Natabundus. Gisippe & icer-
tus vtrum magis tuo an meo desiderio obsequar: vtrum id fa-
cere debeam quod tibi tantopere rogati placitum esse confirmas
Et quoniam tua erga me benignitas tanta est: ut meam exuperet
verecundiam: id efficiam quod rogas: Tibique sit exploratissimum
me tibi non solum optatissimam sponsam: sed ipsam vitam acceptam re-
ferre. Dii faxint ut ego omni parti in fortunis tuis applicandis
parti in honoribus cumulandis possim tibi ostendere meam erga te
benevolentiam & fidem: & tu cognoscere queas quod mihi gratum fu-
erit hoc tuum in me singulare beneficium. in quo tu me ipso: erga
me ipsum misericordior exististi. Ad haec gisippus. Tite inquit
ut hoc negotium ad amicum peragatur: mihi ita agendum videtur.
Optio nostri quemadmodum mihi Sophronia post diutinas meo-
rum necessariorum consultationes fuerit desponsata. Ideoque si
nunc eam uxorem repudiaro perturbatio me hercules maxima
& tumultu exorietur inter vtriusque consanguineos: neque ego
id magnificerem si vel sic ipsa tibi vxor traderetur. sed vere-
or ne si hoc pacto res agatur cognati eam alteri statim des-
pondeant: atque puella cupita sumus viduati: Quocirca mihi
videtur: si modo tibi idem videatur ut ego in id irumbam:
quod iam pridem inchoavi: hoc est ut Sophroniam tantum uxorem
meam domum ducam & nuptias sponsali ritu conficiam. Tu de iur-
timit sicuti commo distie inter nos concinabimus: cum illa per-
de ac uxore tua furti concubens. Mox ubi visum fuerit te-
pestiuum rem omnem patefaciemus. Quod si a cognatis non impro-
babitur bene erit. si minus tu tantum voluptate tuae satisfeceris.
Et cum id quod factum est fieri iustum non possit necessum erit
ut illi velint nolint rem ipsam approbare cogantur. Placuit Ti-
to tale committum. Quapropter Gisippus Sophroniam perinde
ac coniugem suam domum ducit iam Tito incolumi & ex aegro-
tatione confirmato: Celebratisque nuptiis cum iam ad vespera
uisset Matronae paranymphe nouam nuptiam in thoro
collocantes cubiculo prope facessunt. Erat thalamus Titus cum

Gisippi thalamo cōiunctus & adit⁹ inter vtrūq; erat perui
 us. Itaq; Gisippus luminibus dīssim ulanter extinctis cjan
 culum Titum adit: eumq; admonet ut cum vxore sua cu
 tū eat. Quo audito Titus pudore suffusus voluit ab icepto
 desistere. Sed Gisippus qui nō min⁹ re q̄ verbis propatius
 erat ed explēda Titi desideria post diuinā disceptatōem
 tādē hoiem itra cubiculū ingredi cogit: qui cū primū lec
 tum geniale cōscendisset. nouā nuptā familiariter interro
 gat: an ipsius vxor esse velit. puella existimās illū esse Gi
 sippum: se velle responderet. Tunc Titus Sophroniæ digito ā
 nulium pronubū iduit faberrime factū ac luculētum. Eāq;
 his verbis affatur: & ego volo tuus esse marit⁹. Inde cum
 veneri coniugali ambo operarentur incredibili voluptate
 afficiuntur: Neq; vnq̄ Sophronia satis dispicere potuit nō
 Gisippū esse: sed Titum qui secū singulis noctibus concū
 beret. Cum hoc pacto procederet Titi Sophroniæq; cōiu
 gium: moritur Romæ publius Titi pater. Ex tēploq; ad illū
 litræ afferuntur: quibus admonetur vt sine cūctatione Ro
 mam remigraret ad res suas oēs cōponendas. Quo accep
 to destinat Titus secum ducere Sophroniā rēq; cum Gi
 sippo cōmunicat. Hoc autē non facile nec satis cōmode fie
 ri poterat. nisi Sophroniæ prius rē omnē detexisset. Qua
 propter illam incubiculū introductā de rebus omnib⁹ pro
 vt trāsactæ fuisset ambo cōmone faciunt. Validissimiq; ar
 gumentis Titus cuncta confirmat. Tunc Sophronia cum
 turuo obtutu vtrūq; conspiceret paulum indignabūda pro
 rupit in lacrymas & vbetim flens dolū in se Gisippi dete
 statur. Et mox nullo super hac re emissio verbo domum pa
 ternam repetens parentibus cūcta denarrat: & quemadmo
 dū ipsi ambo fraude Gisippi fuerint circunueti: seq; nō Gi
 sippi: vt opinabantur: sed Titi cōiugem esse. Hoc patri acer
 bum indignū contumeliosum videri. ipse cum suis Gisip
 pi affinibus super hac re dolenter cōqueri. Hinc contentio
 nes rixæq; inter vtroq; nō modicæ fieri. Inuisus erat iam
 Gisippus non solū sophroniæ necessarius: sed etiā suis. oēs
 asserere eū nō solum reprehensione: sed atroci punitione eē
 dignissimū. Gisippus rē se honestissimā fecisse cōtendere:
 obquā sophroniæ cōsanguinei sibi gratas gratias memisse de
 berent: cū illa melioriq; generosioriq; nupsisset. Titus hæc
 oīa inelligēs maxima anxietate afficiebatur. Idem cogno

scebat morem peculiarem esse græcorum vt tantisper voci
feratōib⁹ minisq³ cōrēdāt. Donec aliqui reperiantur qui fi
denter ac viriliter cōgrediantur. Tūc nō solum illos meti
culosos sed vilissimos inertissimosq³ existere. Itaq³ existi
mās illorū cōtumelias atq³ cōuitia non vltierius esse tolerā
da. aīo romano præditus & prudentia attica decoratus co
gnatos Gissippi atq³ Sophroniæ in vnū omnes conuocat.
Quo in cœtu ipse solo Gissippo comitat⁹ ita disseruit. Opi
nantur cōplures philosophi omnes oīum mortaliū actiōes
deorum imortalium prouidentia ieri atq³ gubernari. Ideo
q³ affirmant quicquid a nobis fiat id omne fato & necessita
te fieri. Alii vero autumāt hanc necessitatem fato esse attri
buendā. Quæ philosophorum opinionēs si diligenter penli
tate fuerint: satis aperte demonstrabitur eos prudentiores
diis immortalibus videri velle qui volunt illa resfelleret: quæ
neq³ corrigi possūt neq³ mutari. Eniuero credere debem⁹
ab ipsis diis optima ratione errore nullo nos nostraq³ regi
ac gubernari. Est enī mediūffid⁹ stulta ac belluina temerita
tas velle reprehēdere deorum operationes. Et arctissimis
illis catenis vincendi plene sunt: qui ipiudentissima proca
citate ad fatadeorū crimināda præcipitater ruūt: iter quos
sicut ego sentio vos estis annumerādi: si vera, sunt illa quæ
audio vos iā pridē dixisse & quotidie dictare. Culpatis enī
vehementissime q³ Sophronia mihi nupsert: quem vos Gi
sippo deponderatis. Eniuero considerandum vobis fuit &
curiosissime pensitandū: quæ admodum fata a principio cō
stituerant: vt Sophronia non Gissippo sed mihi in matrimo
niū collocaretur sicut ipsa res in præsentia apertissime ostē
dit. Cæterum quia multis anceps & difficillimum videtur
loqui de diuina prouidentia asserentibus deos nullam age
re curam rerum humanarū: mihi placet descendere ad ho
minum consultationes. Vnde super his rebus sermocinatu
rus duo efficiam: necesse est moribus meis minime congru
entia. Vnum est vt me ipse laudem, & ostentem. Alterum vt
alios vituperatione confectem. Verum id faciam modestis
sime hoc est quatenus causa ipsa exigere videbitur neq³ di
gitū vt dicitur trāuersū ab ipsa veritate discedā. Vestræ cō
tumeliæ furore magis q³ rōne stimulatæ atrocissis crimina
tōib⁹ vituperāt lacerāt insectāturq³ Gissippum. Propterea q³
eā mihi vxorē suo pte consilio tradidit: quā vos illi vestra

fētētia cōcesseratis In qua re ego existimo Gissippum laudā
 dum: idq; pluribus argumentis confirmabimus. Primo fe
 cit Gissippus id quod amicum pro amicissimo facere decet:
 Dein ipsi⁹ factū prudenti⁹ consultiusq; vestrum iudicam⁹
 Mitto in præsenti enarrate quod sanctissime leges amicitiae
 praecipiant. quod moreant ab amico in amici causa eē fa
 ctitandum. hoc solum dixisse contentus sum quod vincu
 lum amicitiae arc⁹ ius validiusq; humanos aōs connectit
 q̄ ius cōsanguinitatis: quoniā amicos eos habem⁹ quos ipsi
 deligimus Affines vero & necessarios fortuna & casus alli
 gnat. proinde nēo vestrū debet admirari si Gissippus qui mi
 hi ē itima familiaritate copulat⁹ pluris fecit vitā meā q̄ ve
 strā oīum benivolentiā. Sed iā secūdū argumētū explicem⁹
 quo demonstrādū ē Gissippū vobis fuisse prudentiorē: cū de de
 orū providētia vos vt mihi videt nihil p̄sus itelligatis &
 m̄to min⁹ calleatis quid efficere possit amicitia. Dicimus
 itaq; q̄ vestra cōsideratio: vestra solertia: vestrūq; consiliū
 de spōderāt Sophroniam Gissippo: qui & iuuenis ē & philo
 soph⁹. At Gissippus eam tradidit mihi iuueni pariter & phi
 losopho. Vos eā vxorē dedistis hoī attico Gissippus hoī ro
 mano. Vos spōso generoso: Gissippus generosissimo. Vos di
 uiti: Gissippus ditissimo Vos iuueni Sophroniā despondistis
 illā nō solū nō amari sed pene fastidiēti. Gissipp⁹ iuueni qui
 eā supra suas fortūas oēs amabat. Quae illi erat ipsa vita iu
 cūdiōr. Quod aut verissia sit cūcta quae dicim⁹: q̄q; Gissip
 pi factū magis sit laudabile q̄ id quod vos factitastis: sigla
 sigillati p̄sitētur. Me iuuenē eē & philosophū sicut ipse Gi
 sippus est: habitudo mea & studiū line lōga sermocinatione
 ostēdere p̄nt. Eadē ē mea & Gissippi aetas. In studiis litera
 rū ābo pari sēp gradu pari q; voluntate profecim⁹. hoc vero
 ificiari nec volo nec possū: illū Atheniēsem me eē romanū:
 q̄ si de patriae nobilitate & gloria disputādū ē: dicā libirae
 ciuitatis me eē ciuē. Gissippi vero patriā oē vectigalē ac sti
 pēdiariā dicā me in ea natū eē vrbe: quae toti terrarum orbi
 dñetur: illū itea: quae patriae meae obsequatur Dicā illi⁹ vrbis
 me eē alūnum: quae armis imperio & studiis litterarum sit
 florentissima: Cum Gissippi patria solis litteris censeatur.
 Præterea quūis vos hic me scolasticum esse despectissi
 mum sordidissimumq; existimetis. non sum propterea ge
 neratus ex sece populari: imaq; plebecula Aedes meae i vr

be Roma illustrissimæ refertissimæq; sūt vetustissimis ma-
iorum meorum imaginibus. Et annales maximi scātēt ti-
tulis triumphorum. quos proavi mei egerūt in capitolium
neq; in præsentiarū gloria nostri nominis extincta lægue
scit. sed ī dies magis magisq; iuuenescit. Omitto præ pudō
re enumerare diuitias meas luculentas. Cū animo meo in-
fixū sit honestā paupertatē vet⁹ esse copiosumq; patrimo-
niū nobilitū ciuū Romanorū : q̄ si pat⁹ertas apud vulg⁹
ignobile probrosa iudicatur: si diuitiæ ī honore ac precio
habētur: Ego possideo opes aplissimas vt pote fortunæ ali-
nus. Nō me præterit vobis affīnē charum fuisse & esse de-
buisse Gissippū. sed nō ego min⁹ vobis charus esse debeo:
si cogitaueritis Romæ me vestrū futurū hospitē frugi ac
diligētē: & in rebus tam publicis q̄ priuatis optimū stre-
nuissimūq; patronum. Quis igitur posthabito appetitu &
adhibita ratione cōsilia vestra Gissippi mei cōsiliis atepo-
net? pfecto null⁹. Est ergo Sophronia bñ nupta Tito Qui-
tio Fuluo nobilissimo antiquissimo locupletissimo ciui ro-
mano Gissippiq; amicissimo: Quapropter quīq; ob id do-
let atq; īgemiscit: nō id facit quod eū facere æquum est: &
quid faciat nescit. Erunt fortasse nōnulli qui dicēt Sophro-
niā nō tātū ob id īdignari . q̄ Titi sit vxor effecta: q̄ tā do-
lere ac lamētari super fraude ac dolo. quo maritū Titū sor-
tita sit: q̄ clāculū & furti nullo amicorū cōscio. oībus con-
sanguineis ignorātib⁹ Tito denupsit. At qui hoc neq; mi-
rādū est: neq; nouū inauditūq; cōtingit. Prætermitto illas
quæ inuitissimis patrib⁹ ac reluctātibus maritos sibi ipsæ
repererūt . Prætereo eas quæ amatores suos sequutæ larē
familiarē ac ipsos parētes deseruerūt: & ante cōcubinæ fu-
ere q̄ nuptæ. Prætermitto illas quoq; quæ pri⁹ pregnatio-
ne & fœtu q̄ verbo & ore matrimonia sua ipudica detexe-
rūt. In quibus necessitate id euenit quod in Sophronia nō
accidit. Immo otine & ritu nuptiali solerter & sãcte eam
Tito Gissippus vxorem in legitimum matrimonium col-
locauit. Scio nōnullos futuros: qui querantur Gissippū ma-
ritasse Sophroniā id quod ad ipsū minime pertinebat. stul-
tæ pfecto tales sūt cōquestiones atq; fœminæ: & a nulla
prudētia proueniētes. Nōne hoc tēpore fortuna vtitur va-
riis nouisq; cōsiliis? Nōne īstrumētis multiplicib⁹ res de-
ducit ad exit⁹ cōstitutos? Quid ad me si sutor poti⁹ q̄ phi

Iosophus: negociū meū optime confecerit: idq; vel clā vel
 palam facti tauerit: dū modo finis sit ipse probādus: meū ē
 opus prouidere: ne deinceps tutor: maxime si ipudens est
 possit meis se rebus igerere: sed pro eo quod fecit gratias
 illi agere debeo. Similiter si Gissippus Sophroniā mihi des-
 polauit vobis nesciētibus: stulticia superuacanea est ob id
 cōqueri & indignari quod cōducibiliter factū est. Si diffi-
 ditis Gissippi prudētia: iposterū prouidete ne ipse eādē am-
 plius maritādī habeat facultatem. Et pro eo quod fecit ho-
 mini gratias agite. Cæterū hoc in primis scire debetis me
 neq; per fraudes neq; per vafra mēta voluisse afficere igno-
 minia ac nota notabilitatē ac generositatē vestræ familiæ
 Nō quis Sophroniā furtim ac dissimulatē vxorē accepe-
 rim attamen nō sicut raptor eam violauit: neq; sicut hostis
 impudice habui & contumeliose: neq; affinitatem vestram
 habui despiciatui. Verū cū ego Sophroniæ exuperātī for-
 mositate inflammatu æstuaem viderēq; me nequaquā illius
 cōnubio posse potiri si eam a vobis prout fieri solet depo-
 scissē: propterea q; vos timuissetis: ne a me romano ro-
 mā deportaretur illa: quæ a vobis mirādū in modū dilige-
 batur. Vfus sū fateor arte clādestina: quæ nūc vobis facta
 est manifestaria: effeci q; vt Gissippus meo noīe nuptias cō-
 ficeret: q̄s suo facere renuabat. Præterea, quis ego efflicti
 Sophroniam deperirem: nō tamen vt amator: sed vt legitī-
 mus coniūx suos optatissimos amplexus cōcupiui. Etenī
 ipsa locupletissimum exhibere potest testimoniū: nō prius
 cū ea me cōcubuisse q̄ verbis solitis atq; cōceptis: & anuli
 arabone legitima mihi vxor efficeretur. Cū eā interroga-
 uerim: an mihi nubere vellet: & ipsa se nō nolle respōderit.
 Quod si deceptā esse se existimat nō sum ego coarguedus:
 sed ipsa obiurgāda: quæ quis nā ego fore quærere suspēdit:
 hoc ergo vt semel finiam: ē illud atrox delictū: hoc ē il-
 lud maximū flagitium: hæc ē illa capitalis fraus quam ego
 amote tabescens vna cum Gissippo cōmentus sum: vt. s. So-
 phronia clanculū atq; secreto ignara nuberet Tito quitio:
 ob hoc Gissippū obiurgatiōibus incessitis: Gissippo insidias
 paratis. Gissippo minitamini. Quid āplius quælo faceretis
 si eā hoi rusticano: si seruo: si nequissimo tradidisset? Quæ
 catenæ qui carcer: quod patibulū sufficerent ad Gissippum
 puniēdum? sed iā hæc missa faciamus. Venit tempus quod

a me nondum expectabatur. videlicet vt pater me⁹ more-
retur propter cuius obitū mihi necessum est romam remi-
grare. Quocirca cum mihi in animo sit Sophroniā i patri-
am mecum ducere velle: vobiscū ea cōmunicauī quæ alio-
quin adhuc occuluissem. si prudentes eritis: hoc aīo æquif-
simo feretis. Nam si vos fallere: aut cōtumelia afficere vo-
luissem: poteram Sophroniā vobis illusam ludificatāq; re-
linquere. Sed hoc dii prohibeant vt in romano spiritu tan-
ta labe tantaq; nequitia queat hospitari. Erit igitur mea
Sophroniā parti propter volūtate deorū & auctoritatē le-
gū humanarū. partim propter laudabilē Gissippi mei soler-
tiam & mei ipsi⁹ astutiā amatoriā. Cæterū quosmetiplos
diis hoibusq; sapiētiores esse censeatis: hoc omne negotiū
viterationi ac probo insipiēter dare videmini. Idq; dua-
bus potissimū de causis. quarum vna hæc est: q; Sophroni-
am mihi eripiētes nulla probabili ratiōe polletis. Altera q;
Gissippū perinde ac inimicū habetis: cui haud imerito vos
omnes estis obnoxii: qua in re quanta sit vestra insipiētia:
quātaq; temeritas nolo i præsetiarum enarrare copiosi⁹.
Verum vos tanq; amicos amice moneo! & hortor:
vt oēs indignationū turbellas deponatis: vt omnis iracun-
dia abiiciatur: oīa cōiūtia aboleātur: & mihi Sophronia re-
stituat: vt ago gaudibund⁹ vobisq; affinis nō iuisus hic
possim in patriā repedare vbi viuam vobis sēper dedit⁹ &
mācipatus. Nam quod a me factum est id infectum nullo
pōcto fieri potest siue vobis gratum futurū sit siue ingra-
tissimū. Quod si votis meis refragari destinaueritis: ego
vobis eripiā Gissippum: & si romam vnq; appulero illā me-
diussidius vobis inuitissimis recuperabo: quæ vxor mea le-
gitima est. Et inimicicias vobiscū truculētissimas exercēs
vobis planū faciā q; sint vehemētis aīorum romanorum in-
dignationes. Postq; lōga satis & luculēta oratiōe Tit⁹ per-
orauit ex subsellio iurgēs vultu tristissimo & frōte corrū-
gata Gissippi manū ap̄prēdit. Et cūctos illos se paruifacere
simulās quasiātī capite minitabūndus inde facescit. Illi vero
qui intus cōmorabātur parti argumētis Titi prouocati ad
affinitatē amicitiaq; ipsius inuendā. parti nouissimis illi⁹
verbis pauefacti inter se cōstituerunt vtili⁹ fore & cōduci-
bilis Titum recipere affinē cum Gissippus affinitatē recu-
sauerit: q; Gissippū amicū perdidisse: & Titum inimicum cō-

parasse: q̄obré simul oēs egrediētes Titum cōuentunt. seq̄
 nō nolle demonstrāt vt Sophronia ipsi in matrimoniū col-
 locetur: & illi⁹ affinitatē se plurimi facere ostēdunt. Gilsip-
 pum aut̄ vt amicū optimū cōplectūtur: & cū festiuitati atq̄
 letitiæ: qualia affines decēt: genialiter indulgissent: inde di-
 scesserunt: Sophroniā Tito remittētes: quæ vt prudentissimā
 mā matronā decebat: cōuersa in virtutē. vt dici solet neces-
 sitate omnē extēplo amorē quo Gilsippum prosequeretur:
 transfudit in Titū: & cū eo romā profecta ē vbi honorificē-
 tissime a Titi necessariis familiaribusq̄ accipiūtur. Interea
 Gilsippus Athenis relictus fere ab oībus floccipēdebatur
 qui itra breuissimū tēpus propter ciuiles aliquod cōtrouer-
 sias ī egestatē atq̄ calamitatē delapsus. & mox athenis ex-
 terminatus in exilium sempiternum relegatur. Vbi egesto-
 sus vitam erumnosissimam agens tandem romam commi-
 grauit. hoc cōsilio vt Titi benignitatē experiretur: Cogni-
 toq̄ eū esse superstitē & apud romanos oēs gratiosū ac fa-
 uorabile: ad ædes eius accedit. Quæ haud dubie erant ma-
 gnificētissimæ: & ante vestibulū cōsistēs quoad Titus do-
 mū rediret præstolatur. Iā redierat e foro Titus. Iā domū
 ingreditur. sed cū Gilsippus non audet affari memor illi⁹:
 qua vexabatur calamitatis. nauiter tamen operandat vt a
 Tito visatur: & recognitus introducatur. Cæterum Tit⁹ ī-
 trogress⁹ haud quāq̄ Gilsippū recognouit vtpote squalidū
 sentum atq̄ pānosum. Quapropter Gilsippus cū existima-
 ret se a Tito fuisse recognitum & propter sordes reiectum:
 memor pristini beneficii quod in Titum ipse cōtulerat: In-
 dignabūsus rebusq̄ deploratis ide discedit. Et cum iā ad
 vesperasceret esuritiōe cōfectus pecunia defectus mortis
 cupid⁹ ad locum vrbis romæ incultū desolatūq̄ peruenit:
 Vbi tenebricosam spelūcam ingreditur illic eā noctē quies-
 turus. Vbiq̄ humi cubās iugib⁹ fletibus debilitatus Tādē
 somno succūbit. Eorte ad hūc specum nocte intēpesta ad-
 uentant fures duo cū præda: quā ea nocte cōpilauerāt. Ex-
 ortaq̄ inter eos nocturna rixa: alter qui valentior erat ifir-
 miorē alterū trucidat: hoc sentiēs vidensq̄ Gilsippus exi-
 stimauit se viam ad mortē optatissimā facillime reperisset:
 neq̄ opus esse vt sibi necem gladio manu sua cōsciscē-
 ret: Illicq̄ se tā isper cōtinuit: Donec familia prætoris eo-
 re cognita peruenit: a qua Gilsipp⁹ tāq̄ reus homicidii vin-

citur iniectisq; cathenis furēter abducitur: qui cū ī quæstio
ne de reb⁹ singulis interrogaretur: haud cūctāter se homi-
cidam esse cōfessus est. Quāobrem. prætor: Cui. M. Varro
ni nomē erat iussit vt ex more romano in crucē tolleretur
Eorte id horæ venerat Titus ad prætorīū tribunal: qui cu-
riofissime contemplans condēnati faciē: tanq̄ noscitur
ad hominē propius accedit: admiratusq; erūnosā ho-
minis amicissimi fortunam Cum vehemētissime cuperet
Gisippo periclitanti opitulari. nec vllam rationē ipsius sa-
luti accōmodatā videret: Tale cōmentū cōminiscitur. Ac-
cedit proxime ad sellā prætoris & voce cōtētissima clami-
tās ait. Marce Varro iube infortunatū hominem reuocari
quē tu mortī adiudicasti. Est enī insons & hui⁹ homicidii
penitus expers. Ego satis superq; satis deos imortales of-
fendi illū iugulando: quē ministri tui matutino iugulatum
repererūt: nec æquum sane est vt maiori nunc iniuria deos
afficiam permittēs hominē innocentem trucidari. Varro
vehemētē admiratus maximo dolore affectus est q̄ Titī
verba ab omnibus palatinis excepta fuissēt: qui cū nō pos-
set habita honoris sui ratione discedere ab eo quod leges
ac iura præcipiūt: Iubet Gisippū iam ī orci familia nume-
ratū reuocari: Et corā Titō. quid tu inquit tam stultus eras
vt sine vllis tormētis te id fecisse fatereris quod nulq̄ pe-
traueras: maxime cū talis causa foret capitalis: dicebas
te illū esse qui proxima nocte feceras homicidii. Ecce Ti-
tus adest qui vltro fatetur se esse paricidā afferēs illū nō ab
ste sed a seipso fuisse perēptū. Gisipp⁹ curiose prospectās
Titū recognoscit & facile intelligit istud a Titō fieri salu-
tis suæ causa: vtpote hominē nō imemore⁹ pristini beneficii.
Quapropter præ nimia a pietate lachrymabūdus: Varro i-
quit ego hominē occidi. Et iam Titī pietas nimis sera est
Ecōtrario Tit⁹ prætor agebat. hic quēadmodū vides pere-
grin⁹ ē & sine telo iuxta cadauer occisi reper⁹ Ex quo cō-
iectare potes hūc hominem etūnis oppressū mori cupere: Pro-
inde eū impunitū dimittito & me qui deliqui morte mul-
ctato. admirabatur nō parū prætor istorū duorū maximā
cōstātiā: & iā præ sagibat animus neutrū fontē esse debere:
Et cū secū quo pacto vterq; absolueretur: aio agitaret: Ec-
ce superuenit qdā iuuenis noīe publius homo vita p̄fliga-
tissimæ & apud cūctos romanos ob furta cognitissim⁹: q

illud me hercule homicidiū perpetrauerat. hic cū procul-
 dubio sciret neutrum illorū esse consciū eius criminis cui⁹
 semetipsum participem esse vterq; arguebat: tanta commi-
 feratione affectus est propter vtriusq; infontis innocentia:
 vt ipse suapte ipōte pratorē adiuuēt: Eūq; his verbis sit al-
 locutus. Mea prator facinora me impellūt ad difficillimā
 horum quæstionē explicandā. Nescio quis deus præcordia
 intus exagitat: Mentiē extrimulat: Vt ego meip̄m de ferā
 & crimē meum patefaciā. Scito igitur neutrum istorū esse
 huic culpæ obnoxiiū: Ego mediūfidius is sum qui illū ho-
 minē de cui⁹ cæde altercatio istæc exorta ē occidi matitu-
 na hora circiter diluculū: & istū infortunatū: qui hic adest
 vidi ipse dormiētem: dum furta cum illo partiebar: quem
 paulo post interimi non opus est vt ego Titum excusem:
 iua illū famafatis exculat: quæ vbiq; gētū splendidissima
 est eum nō tam turpi labe esse maculolum. Itaq; vtrūq; ab-
 solutio & me fontē ea pœna afficito quā leges præcipiunt
 Iā hæc res peruenerat ad aures præcipis octauū: q cūctis ac-
 citis sigula curiose cognouit: & cū singillatū qsq; denarra-
 fet Princeps duobus quia in fōtes erāt liberrime pepercit:
 & tertiu qui sōs erat causa Gissippi Titi incolumē iussit ab-
 ire: Titus cum Gissippi diffidentia timiditatēq; clementer
 obiurgasset mira leticia hoīem complex⁹ a l ædes suas de-
 ducit: Vbi Sophronia piētissimis lachrymis Gissippū perī-
 de ac fratrē hospitaliter suscipit: & susceptū honorificētis
 sine prosequitur ac fouet cū quo iā refocillato: iā bene ve-
 stito iā in habitū suæ virtutū cōgruētē reformato Tit⁹ om-
 nes suos thesauros prædiāq; cōmunicat: eiq; sororē nomi-
 ne Fuluiā adhuc virgūculā in matrimonium collocat. post
 hæc cū Gissippo ita sermocinatur. In tua iā manu atq; ar-
 bitrio est, Gissippe siue velis hic apud nos cōmorari siue a-
 thenas remigare cum rebus his oibus quas tibi dono dedi-
 mus. Gissippus cum hic exiliū a patria procul eius animū
 vellicaret: Inde beniuolētia qua Titum prosequabatur cō-
 moueret: Tandē cōstituit romæ viuere velle efficiq; roma-
 nus. Vbi ipse cū Fulua: Titus cum Sophronia in eadē do-
 mo iucūdisse diuissimeq; vixerūt indies magis ac magis
 gliscēte inter ipsos mutua beniuolentia. Est mediūfidius
 sanctissima res amicitia: & non solū singulari veneratione
 digna: sed æterna laudatiōe decorāda vt pote genitrix op-

tima magnificētiae: & honestatis: germana beneficētiae ac
 charitatis. Inimica odii & auariciae: semper prōpta: sepe
 q; propensa ad ea pro altero strenue peragenda: quae pro
 se alterū vellet operari: neq; preces expectans neq; blandi
 tias expetēs: Cuius effectus probatissimi hodierno die ra
 renter inter mortales conspiciūtur cui⁹ rei causa est homi
 nū cupiditas inexplebilis: qui propriae tātūmodo vtilitatis
 rōnē habentes amicitia ad penitissimas orbis terras exter
 minarūt extorreq; fecerūt. Quae res quae diuitiae quae affi
 nitas efficere potuissēt: vt lachrymae æst⁹ suspiria Titi ita
 praecordia Gissippi ita poenetrassēt: vt ipse spōsam suā for
 mosissimā generosissimā optatissimā alteri cōdonaret: nisi
 amicitia: Quae leges: Quae minae: qui pavor potuisset co
 hibere brachia Gissippi i locis tenebricosis ab āplexib⁹ spe
 ciosissimae puellae ipsum nōnunq; fortassis laceissent: nisi
 amicitia. Quae cōditio: Quae merita: quod emolumentum
 Gissippo persuasissēt: Vt iacturā suorū sophroniaeq; propi
 quorū floccifaceret. vt rumusculos populares conteneret.
 vt cōuitia illusiōes vellicatiōesq; maledicentissimorū pro
 nihilo pēderet. dum mō amico obsequeretur: nisi amicitia.
 Et cōtra quid Titū prōptissimū paratissimūq; facere potu
 issēt ad mortē appetēdā. vt Gissippū liberaret a tormēto pa
 tibili cū praeserti posset honeste dissimulare se nō nouisse
 Gissippū: nisi amicitia. quid Titū fecisset adeo munificū a
 deoq; liberale vt sine cūctatiōe suū patrimoniū cū Gissip
 po diuideret quē fortuna oibus operibus spoliauerat: nisi a
 micitia: Quid Titū inflāmare potuisset vt sororē Gissippo
 sine mora desponsaret hoī egētissimo & in extrema cala
 mitate collocato: nisi amicitia. Optēt itaq; miserī morta
 les multas vxores: fratres copiosos obolē: filiorū nūerosā
 & pecuniis augeāt numerū famulorū: neq; respiciāt cogi
 tentq; quēlibet ex his magis seipsū amare q̄ alterū magis
 propriū vel minir m formidare periculū: q̄ curare: vt ma
 ximū infortunū a patre aut a fratre aut a dño propulsēt:
 cum amico erga amicum omnia secus fieri videamus.

Mythica hystoria in latinū e uernaculo sermōe cōuersa



Cyprus insula est quondā nouē regnorum sedes.
 oppidis nobilibus incluta: & agrorū foecūdit a
 t e nulli pœne insularū post ferāda: In qua sicuti
 p̄cis cypriorum: analibus proditum est.

olim Aristippus homo haud dubie nobilissimus & omnium
 popularium longe locupletissimus; poteratq; & esse & di-
 ci merito felix nisi eius felicitatem vnica in re fortuna
 obnubilasset: Namq; iter copiosulos filios vnus illi erat: qui
 proceritate staturæ & eximia toti⁹ corporis pulchritudine
 reliquos ois adolefcetes longe anteibat verum inianus & ve-
 cors Cui galeio nomē inditum a parētib; fuerat. sed quia
 neq; doctrina p^rceptoris neq; castigatiōibus patris; neq;
 solertia educatoris litteras aut bonos mores vnq; percipi-
 re potuerat: Eratq; voce rudi & crassa morib; q; belluinis
 magis q̄ humanis p^ræditus: ludibriū cā ab oibus Cymō nū
 cupabatur. quo noie lingua cypria bestius significatur. Cū
 pater filii vecordiā egerrime ferret videretq; illi⁹ spē oem
 eē penit⁹ deploratā: ne p^ræst^rario quortidie dolore affice-
 retur: Cymonē amādatū villicari iubet & procul a reb; vr-
 banis cū villiconibus exercere agricolationē. quæ res Cy-
 moni fuit per q̄ iucūda vt pote hoī minime politico. Amā-
 tiq; magis mores rusticanos q̄ ciuiles. Is ergo dū res villa-
 ticas curat & in prediis colēdis operæ plurimū studiiq; cō-
 sumit parte die quadā accidit: vt hora postmeridiana iol⁹
 obeūdo paternos agros vnico tantū scipione comitat⁹ i⁹te-
 deretur nemus pusillum quidē: sed quod in illis regionibus
 amoenissimum foret: Et tūc cū esset mēsis mai⁹ vernaq; tē-
 peries: frōdibus vestitissimū vīlebat. eum istic ociose in
 ambularet Cymō fortuna duce pedetentim intrat pratulū
 perq̄ exiguū: quod procerissimæ arbores vndiq; sepiebāt:
 In cui⁹ angulos lympidis aquis frigidisq; spectabilis sca-
 turiebat: iuxta quem videt supra virētes herbas puellā dor-
 mientem perfecta formositate cōspiciam: quæ veste adeo
 tenui atq; pellucida erat iduta: vt nihil pene niuei coloris
 tegetetur: infra cincturam velabatur linteo cādidi⁹ imo te-
 nuissimoq;. prope eā ancillæ duæ etiā pedisequs vnus pa-
 riter somnū capiebāt. hāc vbi cōspicatas ē cymō nō aliter
 q̄ si nullā vnq; prius fœminā vidisset attonitus hesit: Ei ba-
 culo inixus nulla edita voce etiā atq; etiā mulieris faciē cō-
 templatur: & mirābūdos oris liniamēta solertissime rima-
 tur. Inde paulatim ī rudi pectore crassiq; p^ræcordiis: itra-
 quæ nullū politicæ vrbānitatis vestigiū per mille ante hac
 documēta penetrare potuerat: exorta est noua cogitatio:
 quæ in animo alioquin pingui incultoq; discurrens sic rati

 Perfide quot iuuenes iugulasti quotq; puellas:
 Quot tua præcipitant ipicula & insidiæ.
 Testis Abydenus iuuenis: tibi quem rapit orcus
 Hæspontiacho Sexta puella mari
 Testis priamides: qui dum Spartana petebat
 Conubia: evertit seq; suumq; genus.
 Testis Tarquinius: cui dat Lucretia raptos
 Per vim concubitus: imperiumq; rapit.
 Iphis anaxaretem dum non tolerare superbam
 Sustinet: infelix a trabe pendet onus.
 Non pudet Alcidem gestare monilia collo
 Lidiaq; ingenti ducere pensa manu.
 Vertitur in fontem biblis fœbia: Cauni
 Dum petit amplexus fratris: & ille fugit.
 Myrrha quoq; infando correpta cupidine stacten
 Sudat odoratam: delictisq; parit.
 Lesbïa quin etiam perculsa cupidinis œstro
 Sappho de celsa leucade membra dedit.
 Cælicolis risus Mars & Cytherea fuerunt:
 Mulciberis vincti rhetibus atq; dolis.
 Quid memorem erumnas hoim: cladesq; deorum
 Quos tua percussit dire cupido manus:
 Ipse panõphaeus quotiès fit fabula turpis
 Iuppiter: & solio labitur ætherio
 Vt tua sectetur dictata: nec ire recusat
 Subiuga & imperium ferre cupidineum:
 Thaurus in europa est: Satyrus Nycteide: Cycnus
 In leda: Alcmenem comprimit Amphitrion.
 Ergo ego cum videam superos: ipsumq; tonâtem
 Ire sub imperium: seruitiumq; pati:
 Non gemo non doleo: de me pharetrate cupido
 Si figis castris lauta trophea tuis.
 Cuncta feram patiarq; libens: iam signa tubasq;
 Incipio que artes nosce cupidineas.

Erumnaſq; graues hercule aſq; pati:
Quam colluctari tecum pharetrate cupido
Et perferre tuas imperioſe faces.
Nunq̄ liber erit: nūq̄ mihi crede beatus
Aut probus aut pru. iens quiſq; amator erit.
Vita erumnoſa eſt: mors eſt infamis amantum.
O foelix quiſquis talia non pateris.
O foelix Veneri medium qui porri vnguem
Et rides arcus Spicula tela faces.
Aſt ego: quem ſic dii voluerunt viuere: viuum
Emoriarq; tuum Panthia Mancipium.

Philippus Beroaldus Reuerendo domino Iacobo
antiquario Ducali ſecretario Sal.

Svperrime cū feriatuſ eē Vir preſtatiſſime
periclitatur⁹ igeniū cōuertī in latinum ſer-
monē ex vernacula lingua cāticū Frāciſci pe-
trarchæ religioſū: quod tibi hoī religioſi-
ſſimo potitiūmū dicaui. nā q̄ bona fide deos colit: amat
& ſacerdotes & qui religionē pie veneratur: religioſos
demereri cōcupiſcit. Præterea cui cōmodi⁹ q̄ tibi car-
mē miſticū dicari debuit: q̄ Myſtes eſ: & miſticis ceri-
monis iniciat⁹. Accipe ergo viroſū optie opuſculum
de alieno reformatū: de alieno noſtrū: Quod ſi nō eū-
dē ſaporē in latino ſermone cuſtodit: quē in vernaculo
ſeruat: Scito difficillimū eē alienas lineas inſequē eē nō
alicubi excidere. Quēadmodū enī ſemīa ī alienā terrā
trāſſata natura ſe vertēte degenerāt: ita q̄ ī ſua lingua bñ
dicta ſūt: priſtinū nitorē in tranſlatōe deperdūt. tñ pro
mea mediocritate cōnixuſ ſū ab īterpretis officio nō
recedere: & ſēſū exprimere de ſēſu. Nā aduerbū īter-
pretari: & ſyllabati ſingula explicare abſurdū eſt. Quid
multa? Tu qui doctiſſim⁹ ē prima īſpectione facillime
noſceſ: quātum ab archetypo labar ac decidā. Sed hoc
malui agere q̄ nihil agere & ne omnino a ſymbol⁹ a-
pud voſ eſſe: hoc pro ſymbolo tibi dicatū attuli: quod
vt in partē bonā accipiaſ rogam⁹. Vale viroſū optie
& philippū tuū: qui tibi addictuſ eſt: mutuo dilige.

Peanes Beatæ Virginis ex franciſci Petrarchæ
Poemate Vernaculo in latinū conuerſi.



Virgo decens: quam Sol vestit
 stellæq; coronant:
 Cuius forma fuit summo
 tam grata tonanti

Vt tua condiderit sanctam intra viscera lucem:
 Nunc me castus amor: vt de te carmina pangam
 Sollicitat: verum absq; tuo summiq; tonantis
 Numine deficiunt tanta ad conam na vires.
 Nunc te diua voco: cuius responsa benigna
 Accepere omnes fidi Veriq; clientes.
 Sors humanarum si te tristissima rerum
 Sollicitat: virgo: quæ so mea verba precesq;
 Exaudi: mitisq; meo succurre labori:
 Quamq; ego terrigena: & tu sis regina deorum.
 O Solers Virgo: cuius solertia fu'get
 Virgineos inter coetus diuasq; beatas.
 Tu clypeus miseris firmus mortalibus vna es
 Ictus fortunæ contra mortisq; cruentos.
 Sub quo tuta quies & spes est certa triumphi.
 Te duce mulcetur: qui torrentissimas æstus
 Nos coquit insulso. oculos o Diua decoros!
 Qui tristes videre tui liuentia nati
 Pectora: ad instabiles res nostras flecte parum per
 Ambiguumq; statum: & rebus tu consule fessis.
 O Sine labe nitens pænitus sinceraq; Virgo
 Atq; tui nati soboles genitrixq; decori
 Que das terrestri lucem vitæ atq; supernæ.
 Per te diua potens & cæliclara fenestra
 Venit ab Aethærio nos vt seruaret olympo
 Filius æternus tuus æterniq; parentis.
 Tu sola ex omni numero turbæq; piarum
 Deligeris: luctus eæ quæ in gaudia vertas.
 Effice: namq; potes: vt me tua sancta propago
 Comiter excipiat refouens: bis terq; beata
 Sydereatq; inter superos præcincta corona:
 O dea sancta pio diuorum plena fauore
 Eximîa cælum quæ mansuetudine scandis
 Vnde meas audis voces regina precesq;.

Tu fontem sacrae generas pietatis: & vna
Iusticiae solem: qui sordida secula purgat:
Pollutumq; suis lustrat fulgoribus orbem.
Nomina conueniunt vni tria: namq; tonantis
Tu genitrix tu nata simul tu sponsa fuisti:
Tu consors regis diuumq; hominumq; parentis
Qui pedicis mortale genus laqueisq; resoluit:
Qui libertatem cunctis dedit: atq; b. tas
Effecit terras: cuius per vulnera sancta
Cor nostrum quaeso exatures o diua beata.
O virgo cui par nulla est: & nulla secunda
Exemploq; cares cuius forma atq; venustas
Caelicolis caeloq; placet summoq; tonanti:
Ingenui mores dulcisq; modestia: & illa
In te sancta fides sacrata & viua fuerunt
Templa deo vero: & tua: quod mirabile dictu:
Virginitas foecunda fuit: praestare beatam
Iucundamq; potes nostram & sine turbine vitam.
Si precibus diuina tuis nunc gratia prompta est:
Ad te confugio supplex: & supplice corde
Sis mihi praesidium quaeso: vitamq; labantem
Dirigito ad cursum rectum metaq; bonorum.
Virgo serena & stabilis per secula longa
Mite procellosi tydus maris: optima fidi
Remigis adiutrix. circumspecte Turbine quanto
Exagiter solus quanto sine remige Cimba
Nostra labet fluctu: nec abest more vltima rerum.
Aegra: nec inficior: mea mens ad sancta recurrit
Mumina: teq; precor ne nostris improbus olim
Gaudeat erumnis hostis tuus atq; periclis
Sis rogo Diua memor: q; crimina nostra tonanti
Induere humanam mortali corpore formam
Suaserunt intra tua sacratissima claustra.
Quot lachrymas: quot blanditias o diua precesq;
Effudi in poenas atq; in dispendia frustra.
Ex quo per ripas tusci reptauimus Arni
Tempore: vita fuit nostra erumnosa grauisq;
Orbis dum partes istas illasq; pererro.

Fœmineum decus & mores mellitaq; verba
 Turbarunt mentem: quare dea sancta potensq;
 Tolle moras: suprema dies iam currit & instat.
 Nostra ætas euro velocior atq; sagitta
 Transiit erumnas inter fordesq; malorum:
 A tergoq; premit tacito mors improba passu.
 Nunc defuncta iacet: quæ donec vita manebat:
 Nostra per horrendum vexauit pectora luctum.
 Nec de mille meis curis rescîuerat vnam.
 Et si rescisset: tamen hæc immota manebant.
 Fata mihi: quoniam dominæ quæcunq; voluntas
 Altera: dira mihi: ast ipsi probrosa fuisset.
 Sed tu diua hominum: si fas est dicere: tuq;
 Aetherii regina poli: prudentia cuius
 Cuncta videt: cuius virtuti peruia cuncta:
 Tormentis finem metamq; impone dolori:
 Quod tibi erit laudi magnæ: & mihi diua saluti.
 In te diua salus spesq; omnis nostra recumbit
 Vt velis utq; queas rebus succurrere lapsis:
 Ne me destituas extremo in funere queso:
 Non me respicias: sed qui me condidit ipsum:
 Non nostras vires sed summi sceptrâ parentis.
 Qui te commoueat cures vt vilia rerum.
 Me lapidem: de quo distillat inutilis humor
 Errores nostri fecere: atq; ora medusæ.
 Tu lachrymis o diua piis languentia corda
 Imbue: vt extremi sint hi sine crimine fletus
 Terrestriq; luto: qualesq; fuere priores.
 O mitis virgo: cunctisq; infesta superbis
 Te communis amor peruellat originis atq;
 Deuoti cordis queso miserere meiq;
 Quod si mortalem formam si munera fluxa
 Diligere ardentem soleo: quid fiet in ista
 Quæ formosa potens: quæ sancta æternaq; diua est.
 Per te si nostra de conditione resurgo:
 Cenoso miseroq; statu: tibi candida virgo
 Ingenium curasq; dico versusq; canoros
 Et linguam & iachrymas corq; & suspîria mœsta.

Ad mellora vada afflictam iam dirige cimbam
In partemq; bonam mutatas accipe curas:
Iamq; dies o diua venit suprema: proculq;
Esse nequit: properat curlim sic tempus & anni:
Corq; meum nunc mors: nunc mens sibi cofcia vellit:
Nunc me diua tuo commendes in clyta nato
Est qui verus homo: & verus de⁹: hunc rogo supplex
Vt gremio hanc animam teneat fo atq; beato.

Carmen Philippi Beroaldi de die
dominicæ passionis.



Venit moesta dies: rediit
lachrymabile tempus
Sancta salutiferi celebran
tur funera christi.

Nunc oculi rubeant fletu: nunc pectora planctu
Liuida sint: crebris singultibus ilia vellat
Quisquis amat christi nomen vel nume adorat
Hæc lugenda dies nigroq; notanda lapillo est:
Gaudia: nequitia: veneres: conuiuia: lusus:
Scoma: voluptates: risusq;: iociq;: salesq;
Este procul: veniant cum sollicitudine fletus
Cura: dolor: gemitus. mœror: suspiria: luctus.
Hæc est atra dies atro signanda colore.
Nunc sint pullati: procures: pullataq; turba.
Atrati pariter veniant iuuenesq; senesq;
Omnis vestitu veletur scœmina fusco.
Mœreat omnis ager mons: siluæ flumina colles
Squamosumq; pecus pisces: pistæq; volucres:
Aer: vulcanus tellus: mare: cynthia: tiran:
Sidera: cœlicolæ: mundus: sint omnia mœsta.
Hæc est mœsta dies mœroris conscia magni,
Nunc Heraclæti lachrymas vultusq; sæueros
Crassii: & xenocratis faciem frontemq; Catonis:
Squalentemq; decet barbam vsurpare reorum.
Nemo vel infectas cocco vel murice vestes
Induat: ostrini nemo tyriticq; coloris
Vestimenta gerat: non fuluo splendeat auro

Torquis: nec digitos oneret carbunculus ardens.
 Nec premat articulus adamas viridisq; smaragdus.
 Impexæq; comæ: sit crinibus emula barba.
 Non cerulatis incedat fœmina buccis:
 Nullaq; pigmentis linat os: aut labra coloret.
 Non matrona potens gemmata monilia gestet
 Nec segmenta ferant aut lutea flammea sponsæ.
 Hæc est illa dies: quæ per tormenta labores:
 Mille alapas: mille & colaphos: conuicia mille
 Mille flagelliferos tortores: verbera mille
 Et recititorum ludibria iudeorum:
 Ille opifex rerum christus: mundi q; capacis
 Conditor excellens: & inenarrabilis auctor
 In cruce suffixis manibus: pedibusq; pependit
 Spinea ferta gerens: myrrataq; pocula gustans.
 O funesta dies o lamentabile lætum.
 O gentis rabies o mens furibunda prophane
 Osclerata cohors libycis truculentior vrsis:
 Tigrideq; hircana: siculaq; immanior aula.
 Siccine lacilegas iuuit sanguine sancto.
 Commaculare manus iudei: & dederunt morti
 Illum: qui vobis vitam lucemq; benignus
 Donarat: campos qui lacte & melle fluentes
 Imperiumq; potens dederat. sedesq; beatas.
 Qui pharium mergens erythreo in gurgite regem
 Afferuit vestros in libertate parentes.
 Oscelus o labes: monstrum portentaq; dira
 Asportanda procul: terrasq; agitata per omnes
 Tu ne palestinae soboles nequissima gentis
 Audebas tam grande nephas: vt perdere velles
 Qui te seruauit per sæcula plurima christum:
 Qui sacras leges diuinaq; dogmata mosi
 Tradidit: & scriptas solymorum in monte tabellas:
 Vt tu palmiferis sancta in regionibus esses.
 Heu quas per soluis grates pro munere tanto
 Heu quæ pro meritis tantis ingrata rependis.
 Et quod idumeo reperitur crimine maius:
 Crimine: q; nulli possint æquare nepotes

Crimine: quod cunctis sit detestabile sæclis.
Nulla ne vesanum potuit cohibere furorem
Religio: non cana fides: non inclyta virtus
Priscorum: non tanta pii miracula christi:
Non tot veridicis prædicta oracla prophetis
Sacrilegis valere animos reuocare furentes
Consiliis: tam dira lues præcordia pressit:
O mortale genus vecors: o pectora vca
O gens infœlix solymorum & cæca futuri
Perdere dum christum affectas: te perfida perdis.
Nam vos dira manent tormenta: & sæua gehennæ
Supplicia: excruciant ignes flammæq; perurunt;
Sulphureæ: luttis meritas semperq; luetis
Poenas pro scelere hoc infando ac talibus ausis.
Sors natos eadem insequitur: seriemq; nepotum
Cunctaq; posteritas huic est obnoxia culpæ.
Et purgare datur nulli commissa parentum:
Quin vos dira coquant mortis tormenta secundæ.
Sic circumcisæ mulctantur crimina gentis:
Sicq; patres: nati: sic qui nascentur ab illis:
Nullus habet stabiles sedes iudeus apella:
Nulli certa domus: nulli sua rura coluntur.
Vtq; procelloso iactatur in æquore cimba:
Quam velis & remigio ac rectore carentem
Sudificus boreas rapit huc: notus humidus illuc:
Hinc euri versat rabies: at circius illinc.
Afflictamq; rotant infesto turbine venti:
Haud aliam degens vitam fugitiuus & erro
Errabunda trahit vestigia: fertur & illinc
Huc redit: & nulq; figit patrimonia verpus:
Lucifuga: infamis viciato fœdus odore.
Vtq; aquilam cygnus: cornicem noctua: miluum
Coruus: mutem elephas: gallum germanicus odit.
Vt congruum murena: lupum cauis. vtq; camelum
Odit equus: sic cuncti homines odere nephandam
Progeniem: diræq; cauent commercia gentis.
Ite igitur vesana manus recutitaq; proles
Ite palestini generis mutflata propago

Figite præclarum de seruatore tropheum
 Sacrilegas armate manus:linguasq; procaces
 Exercete odiis:& christi poscite mortem
 Mortem quæ vobis flagrantia tartara pandit.
 Mortem quæ nobis patefecit limina cæli.
 Quæ mortis vires & formidabile virus
 Infidiatoris fracta ceruice draconis
 Extinxit:rupit pedicas:modosq; resoluit.
 O mors tu nobis vitalia lumina præbes:
 Nectar & ambrosiæ succos tu sancta propinas:
 Per te tartareos manes:immane barathrum
 Infernosq; lacus stygios plutonia regna
 Effugimus:per te sublimia tecta petuntur.
 Panditur elysium per te sedesq; beatæ:
 Per te syderei penetramus limen olympi:
 Per te parva salus:per te cælestia regna.
 Hæc nobis optanda dies venerandaq; cultu
 Præcipuo:niueis hæc est signanda lapillis.
 Quare o cultores Christi fideiq; probatæ:
 Quos habitu modo squallenti lugere iubebam:
 Mutato cultu:pro mœstis sumite lætas:
 Pro nigris tyrialsq; togas:infecraq; cocco
 Palia:sint gemmæ digitis:ceruicibus aurum.
 Pro lachrymis risus:pro planctu gaudia sunt.
 Pro mœrore ioci:pro sollicitu sine lusus
 Hæc celebranda pio semper venerandaq; cultu
 Hæc nobis est festa dies:qua sanguine fuso
 Christus tormentis & funere functus acerbo
 Faucibus eripuit sathanæ æternisq; gehennæ
 Supplicis mortale genus ac morte secunda.
 Christe patris summi non enarrabile verbum
 Christe dei virt us.sapientia summa parentis
 Aeterne æterno mundum cum patre gubernans
 Christe potens rerum Maria de virgine nate
 Quæ genitrix sine patre fuit:sinceraq; virgo
 Sola salutiferam peperit sine coniuge prolem:
 Omnipotens te Christe precor miserere philippi
 Si puro te corde colo:si numen adoro



Christe tuum: legesq; tuas: si dogmata sector
Christe tua: & trinum veneror te nomine & vnum.
Da veniam erranti: parcas peccasse fatenti.
Succurasq; meis Rex clémentissime rebus:
Vt viuam foelix & mente & corpore sanus
Aeterniq; fruatur post mortem luminis aura.
Christe piam matrem fratres charosq; propinquos
Et mihi iucundos per tempora long' sodales
Custodire velis: quæso o Rex maxime regum.
Hoc precor in primis: hæc sint rata vota precantis.
Bentiuolum pylla nobis ætate parentem
Bentiuolamq; domum serues: vt prospera foelix
Eloreat: vtq; diu patriæ moderetur habenas:
Fortunata bonis cunctis: & perfide gaza.
Auxiliumq; feras miseris mortalibus. Amen.

Ad magnificum Anibalem Bentiuolum
Philippi Beroaldi carmen.

Decus eximium & gen-
tis generosa propago
Bentiuolæ: o patriæ
dulcis alumne tuæ
Hunc cape tranquillo vultu faciesq; libellum
Annibal: & nugas perlege quæso meas.
Fabula Tancredi moesta est: Boccatfus auctor.
Hanc nos romano vertimus eloquio.
Hanc tu vulgato lege tu sermone latino:
Atq; animum alterna cognitione foue.
Illa suo candore placet. sed nostra placebit
Si fuerit genio grata camœna tuo.
Sunt hæc parua quidem fateor: sed magna subinde
Esse solent paruis deteriora bonis.
Hoc adamas gemmæq; docent: quæ corpore paruo
Oblectant reges: diuitibusq; placent.
Nos contra horremus magnos persæpe gigantes.
Terremur magnis sæpe voluminibus.
Quod si non sordent istec leuitora: dabuntur
Mox maïora: vale spesq; decusq; meum

Fabula Tancredi ex boccatio in latinum verso a Philippo Beroaldo.



Tancredus placida princeps
ditione salernum
Et paruum tenuit
sceptryger imperium.

Hulus erat mite ingenium moresq; benigni.
Huic tranquilla quies lætaq; vita fuit.
Vixerat hic nimium foelix: nisi sanguine amantum
Optasset senior commaculare manus.
Filius huic nullus fuerat prolesq; virilis:
Cui moriens pulchrum traderet imperium.
Sed fortunatus nimium foret atq; beatus
Si foret in magna filia nulla domo.
Sola fuit forma excellens & nubilis æuo
Filia corporeis conspicienda bonis.
Gismondæ nomen natæ dixere parentes:
Quæ poterat dici Cynthia siue venus.
Cuius erat facies prisicis æquanda deabus:
Cuius erat candor lacteus atq; color:
Diligit hanc genitor solam: solamq; requirit.
Hanc fouet: hanc vitam deliciasq; vocat.
Multi illam antiqua dauni de gente petebant.
Lucanicq; petunt oenotriiq; proci.
Sed pater in longum cupidos producit amantes:
Et neçtit varias callidus vsq; moras.
Tandem campanus multis de milibus vnus
Deligitur ductor sponfus: & ille placet.
Gaudia concelebrant. lectus genia is in aula
Sternitur: hic luno est pronuba: suntq; faces.
Hic hymenea canunt: sed enim iam facta recusant
Connubium hoc foelix perpetuumq; fore.
Occubat ante diem properata morte maritus:
Et deploratas deserit ecce domos.
Exequias postq; contunx & iusta peregit
Coniugis ad patrias mcesta remigrat opes
Iam pertesa viti: thalamumq; perosa iugalem
Destinat in viduo viuere sola thoro:

Hoc probat ipse parens. natamq; in cælibe lecto
Esse cupit sine qua viuere triste putat:
Forte fuit iuuenis regali pulcher in aula
Moribus ingenuis & probitate decens.
Is dominum solus curabat iussaq; obibat
Principis egregia dexteritate potens.
Hunc Gismunda sibi multis ex milibus vnum
Deligit: huic soli sola placere cupj.
Deperit hunc furtim: limisq; aspectat ocellis:
Hunc optat tenero posse fouere sinu.
At iuuenis cui nomen erat. Guiscardus acuto
Ingenio solers consilioq; vaser
Cognouit flammam: & se præsensit amari.
Nec minus occultis ignibus ipse calet.
Aestuat & teneras est mollis flamma medullas:
Vt feruens stipulas vrere flamma solet.
Hanc spectans pulchraq; oculos in virgine figens
Diuitias cresci despicit atq; midæ.
Gismundam cupit: hanc solam noctesq; diesq;
Flagitat: hoc solum nomen in ore sonat.
Fœlices patili quibus alma calescere flamma
Dat venus: & quorum mutuus extat amor.
Ambo cupidineas pariter sensere sagittas:
Ambo complexus colloquiumq; volunt.
Quid faciat Gismunda: patris custodia magni
Hinc premit: hinc cohibet dedecus atq; pudor.
Quid non sentit amor: fallacem excogitat artem
Fœmina & archanas conficit ipsa notas.
Littera dissecta celatur arundine furtim:
Quam dat amatori pulchra puella suo.
Callidus hanc cannam temere non credit amator
Esse datam: inuentas inspicit ille notas.
Gaudet amans laudatq; viam: quã fœmina monstrat
Polliciti expectans gaudia concubitus.
Scripta docent furtiuus amor contingere amantes
Quo possit cupidos tempore quoue loco.
Stat vetus & densis vestitur sentibus ætrum:
Aulæ contiguum principis atq; domu

Desuper exigua patefactum luce foramen
 Imminet: hoc vepres hoc quoq; spina tegit.
 Illinc angusti calles & semita tendit
 Gismundæ ad thalamum conspicuasq; fores.
 Nemo hanc speluncam longeva ætate peresam
 Nouerat: hæc nullis vsibus apta fuit.
 Quid non cernit amor: quid non vestigat amator?
 Illum deprendit cœmina prima specum.
 Illud monstrat iter: carpendus flosculus illinc:
 Ille est: qui tantam spirat amariciam.
 Quisquis amare cupit discrimina nulla recuset
 Omneq; tormentum iudicet esse leue.
 Guiscardus nitidis exutis vestibus hirtum
 Induitur corium præcipitat atq; moras.
 Impiger angustum demisso fune foramen
 Intrat sublustri nocte iubente deo.
 Continuo cæcas nullo comitante latebras
 Exuperat. ceptis sancte cupido faue.
 Tuq; venus iuuenem: qui se tibi credit: ab omni
 Eripe nunc casu subsidioq; foue.
 Gismunda interea dilectum expectat amantem:
 Sola tremens: inter spesq; metumq; labans.
 Iam Guiscardus adest: dominam iam conspicit: & iã
 Alter in alterius candida colla ruunt.
 Oscula iam carpunt. iam mutua gaudia sumunt:
 Illa suum dominum iam vocat: ille deam.
 O fortunati natiq; fauentibus astris:
 Gaudia si vobis hæc diuturna forent.
 Nil homini firmum est: nulla est diuturna voluptas.
 Candida nullius it sine nube dies.
 Nam dum sæpe iocos dum dulcía furta frequentant
 Fortunæ in laqueos insidiasq; cadunt.
 Primus furtiuum sentit Tancredus amorem:
 Primus proh natæ cernit adulterium.
 Ingemit & magno percussus corda dolore
 Quid faciat nescit: consilioq; caret.
 Tandem custodes tenebroso ponit in antro
 Qui furtim egressus introitusq; notent.

Quis si transiens nubes panti

Sic miser & fato natus Guiscardus iniquo
Prenditur & domini sistitur ante pedes:
Cui mox Tancredus lachrymis fœdantibus ora
Dat singularis talia verba sonis.
Nec mea te pietas nec te clæmentia: nec ius
Improbe in officio continuere pio.
Hocine pro meritis tantis ingrata repen sis!
Vt cupias nostram commaculare comum.
Proh dolor infandum facinus scelerata q̄ facta
Vidi ego: nil ultra dissimulare potes.
Contra hæc Guiscardus, maius Tancrede cupido
Possidet imperium plusq̄ vigoris habet
Quam tu q̄ leges q̄ fas q̄ nostra voluntas.
Is iussit, contra quis queat ire deos!
Gismonda intereat tantarum nescia rerum
Inter virgineos stat speciosa choros.
Ecce pater lachrymans turbato pectore natam
Seuocat: & soli talia solus ait
Cum tua nata mihi virtus probitasq̄ fuisset
Cognita: cum mores ingeniumq̄ pium:
Credere te quiui nunq̄ committere tantum
Posse nefas: q̄tum his vidi ego luminibus.
Tu ne pudicitiam potuisti prodere sanctam:
Et stupro corpus prostituisse tuum!
Te proter misera est atq̄ erummosa senectus
Nunc mea: te propter nunc mihi vita grauis.
Quod si incesta tuo flagrabat corde libido
Nec poteras casto viuere casta thoro
Saltem patricius saltem generosus amator
Ille foret: cui te prostituisse cupis.
Hoc est q̄ doleo: q̄ cor mihi vellicat hoc est:
Q̄ tibi Guiscardus perfidus ille placet
Pauper villis inops humili de sanguine natus
Qui matrem ignorat sordidus atq̄ patrem.
Qui mihi mox meritas persoluet sanguine pœnas:
Collaq̄ carnifici qui iugulanda dabit.
De te quid statuam dubia est sententia: mutat
Mens mea: & a tantis fluctuat icta malis.

Hinc amor & pietas iram cohibere paterna
 Me monet: hinc stimulat me tua nequitia.
 Illa iubet veniam tibi me indulgere: sed ista
 Ut: præter genium sim truculentus atrox.
 Exitus in dubio est. tu nunc exprime quid ista
 In re decernas improba: scire velim.
 Talibus exarsit magno perculsa dolore
 Gismunda & thrymas vix cohibere potest.
 Mox animosa vito simile lamenta recusat
 Fœminea: & vitæ pro digita: certa necis
 Hæc patri responsa dedit. non deprecor ipsa
 Nec nego quæ quereris meruisse pater.
 Altera resquoniam mihi nil prodesse valeret:
 Altera ne profit nec iuget ipsa volo.
 Non ego nunc verbis animum mulcere benignis
 Quæro tuum: veniam: nec peritura rogo.
 Guiscardum fateor gracilem non rustica amavit:
 Et dum luce fruar nomen ambo pium.
 Quod si morte carent animæ: si manibus vllus
 Sensus inest: huius grata erit ymbra mihi.
 At non vt factas mihi tam furiosa libido
 Quæ tua segnities suavit amoris opus.
 Debebas genitor calidæ meminisse iuuentæ
 Quantaq; fœmineo pectore flamma calet.
 Cernere debueras qd sum tibi filia mollis:
 qd non ex ferro nata neq; ex lylice.
 Non tantum ardet apex ætneus: flagrat olympus
 Nec tantum: quantum cor iuvenile calet.
 Quâq; puellares genuino ardore medullæ
 Flagrant: quas luxus delitiæq; fouent.
 Non potui sterilis florem fructumq; iuuentæ
 Perdere vestalis non ego virgo fui.
 Olim experta vitum & veneris dulcissima dona
 Non queo mellitos non meminisse iocos.
 Quid facerem iuuenis diues formosa puella!
 Id facio: quod vel penelopea probet.
 Atria complures proceres pater ampla frequentant:
 Ingentes quorum conspiciuntur opes:

k.i.

Ex illis fateor placuit mihi nullus amator.
Nullus Guiscardo est visus amabilior.
De quo conquereris de quo gemis: est quia pauper
Et quia maiorum stemmata nulla colit:
Nemo est crede mihi genitor laudandus ab illis
Quæ sunt fortunæ munera fluxa bonis.
Veraq; nobilitas non est in stemmate longo
Non in cerosis est sita imaginib;
Vna est cunctorum prima & genitalis origo:
Omnibus est genitor iuppiter estq; deus.
Sola facit virtus generosum sola beatum:
Sola potes mentes demeruisse probas.
Hæc in Guiscardo tam pura & clara refulget
Ut fulget cælo Cynthia sydereo.
Hunc ego dilexi: quod si pater optime turpis
Hic tibi & infamis esse videtur amor
Tu certe in causa es. namq; hunc tu semper amasti.
Qui tibi charus erat: non mihi charus erit?
Est & erit charus. quod si vestigia patris
Nata sequor: debes ipse probare pater.
Guiscardus placuit: qui nobilis & generosus
Virtute effectus conspicuusq; viget.
Est pauper fateor: spectat sed dedecus ad te:
Egregio qui das præmia nulla viro.
Verum nobilitas non paupertate fugatur:
Fortunæ virtus succubuisse nequit.
Multi nunc regno clari sceptroq; potentes
Olim pauperiam sustinere grauem.
Contra mendicat vestem victumq; precatur
Qui quondam magno floruit imperio.
Has fortuna vices præstat: nosq; admonet: ut quas
Permutant dominum despiciantur opes.
At quod in extremo nondum decreuisse fateris
De me quid statuas: ambiguusq; manes.
Illud tolle precor. nam si Guiscardus ad orcum
Mittitur atq; tuo concidit ense miser
Subsequar ipsa comes: nam fors quæcunq; misellum
Me quoq; sæua manet. mors trahet vna duos.

I nunc scemineo lachrymas effundere ritu
 Perge: vnoq; ambos vulnere dede neci.
 Talia comemorans animo Gismunda virili
 Reddidit attonitum sollicitumq; patrem.
 Qui cuncta expendens tandem sic destinat: vt det
 Guiscardus meritum crimine supplicium.
 Acciriq; iubens fidum notumq; ministrum,
 Imperat vt iupulet nocte silente virum.
 Iussa tacit propere seruus: qui corda reuellens
 Ad dominum defert sanguinolenta trucem .
 Hoc cor tancredus fuluo componit in auro
 Et mittit natæ dona nefanda ferus
 Admonet & seruum: verbis vt munus adornet:
 Hæcq; suo ad natam nomine iussa ferat.
 Hæc tibi dona patens mittit: cape gaudia: sunt hæc
 Illa nimis cordi munera grata tuo.
 Gaudia nam simili genitori sorte rependis:
 Qui potuit bis te sospite posse mori.
 Postq; Guiscardi cor lamentabile nouit
 Gimmunia ad famulum versa dolenter ait.
 Non aliter mitti meruit tam nobile munus.
 Cordi conueniunt aurea busta pio.
 Hoc solum facis o genitor quod filia laudet.
 Hoc proter grates nunc tibi tristis ago.
 Iamq; vale: extremum hoc tibi iam moritura reliquo
 Mox pateræ incumbens talia sola refert.
 O dulce hospitium & gismundæ sola voluptas
 Dulcius o cunctis cor mihi diuitiis.
 Disperat qui causa fuit: qui iussit ocellis
 Inuitis vt te cogerer aspicere.
 Debit esse satis q; cor te corde videbam:
 Quodq; tuæ menti mens mea iuncta fuit.
 Vixisti & cursum tibi quem fortuna parauit
 Explesti exutis sollicitudinibus
 Iamq; tenes mœtas. ad quas festina breuisq;
 Vita hominum properat quadrapedante gradu.
 Fuluum tancredus pater & regale sepulchrum,
 Iure dedit: virtus hoc tua digna fuit.

Nil præter lachrymas nostras præterq; querelas
Heu cor dulce tuis defuit exequis.
Non tamen his lachrymis sic dii voluere carebis:
Quas ego perfoluam nunc tibi vita pijs.
Post hæc efficiam languens vt spiritus istinc
Egrediens ymbrae sit comes vsq; tuæ
Te duce lustrabo loca plena silentibus ymbis.
Te duce per campos ibimus elysic.
Haud equidem dubito quin tu quoq; nostra pererres,
Tecta: & apud manes officiosus ames.
Dixerat & lachrymis pateram manantibus implet:
Quæ velut effusæ precipitantur aquæ.
Oscula dat cordi gemebundaq; lumina cordi
Infigens largi siletibus ora rigat.
Mox siccata genas atq; exaturata dolore
Iam tremebunda suæ conscia mortis ait.
Exolui officium quod amor pietasq; requirit
Nostra: parentales struximus inferias
Dixi & exprompto quod fecerat ipsa veneno
Ebibit impauide pocula mortifera:
Conscenditq; thorum manibus cratera retentans:
Cordeq; Guiscardi cor premit vsq; suo.
Mirantur famulae ignaræ. pars siletibus ora
Commaculat: pauet hæc: illa stupore filet.
Ast vbi iam dominae sensim morientia membra
Aspiciunt properant flentq; docentq; patrem.
Ille repente volat thalamumq; ingressus apertum
Iam vita natam deficiente videt.
Ingemit: & særo dominat sua facta: trucilq;
Poenitet incepti consiliiq; mali.
Tunc oculos moribunda seuans Gismunda iacentes
Aedidit extremos voce labante sonos.
Has ferua genitor lachrymas ad tristia fata.
Non fatis nostris talia conueniunt.
Quis furor hic? desles tota quod mente petisti.
Desles quod factum est te faciente nephas.
Sed si vlla affectus remanet scintilla paterni:
Et si quid patriæ iam pietatis habes.

Te rogo sancte parens: extremum hoc munus amanti
 Concede. & natæ fac rata nota tuæ:
 Nil quoniam in vita nobis commune dedisti:
 Communi vt saltem contumulemur humo.
 Sic ait & cordi incumbens dulcissima linquit
 Lumina: thartateas mox subit vmbra domos
 Regia tunc omnis lachrymis planctusq; sonoro
 Perstrepit: & tota est luctus in vrbe frequens.
 Ante omnes gemitu princeps Tancredus acerbo
 Confectus natæ se superesse dolet.
 Post meritis lachrymas & post lamenta sepulchrum
 Extruit antiquæ nobilitatis opus.
 Atq; vna amborum cineres componit in vrna:
 Ambobusq; pias exhibet exequias.
 Exitus hic ille est miserorum & finis amantum:
 Quos amor ante diem milit in elysium.
 Discite nunc iuuenes: qui iam cepistis amare:
 Quot gemitus præstet quot mala sæuus amor.

Eiusdem endecasyllabon de officio scribæ.

Oici qui cupit optimus bonorum
 Scribarum: & viridem tenere palmam
 Inter decurias recentiorum
 Monstrari digito: omnibus placere:

Sit prudens: facilis: bonus: fidelis:
 Intra pectora sanctiora condat
 Archanum sibi creditum: nec vlll
 Proma: sit modici breuisq; somni.
 Nullos difficiles putet labores.
 Si cultor domini frequens palati.
 Primus ventitet: vltimus recedat.
 Sit rerum veterum ac recentiorum
 Thesaurus probus: atq; litteratos
 Scribat versiculos: epistolasq;
 Facundas: nitidas: breues apertas:
 Crebris sensiculis scaturientes:
 Nullas stultitias ineptiasq;



k. iii.

Nulla & barbara verba continentes.
Sit velox manus:expedita lingua:
Quæ nunq̄ calamum moretur acrem.
Huic sit vita sæuera:fermo comis
Vrbano sale & attico lepore
Fartus non sine sanctitate auita
Verbosi fugiat notam malignam
Paucis expediens agenda verbis.
Cancellarius:vt recentiori
Scribas nomine nuncupem vetustos:
Dici qui cupit & cupit videri
Perfectissimus:omniumq; princeps:
Hic nil falsidico loquatur ore.
Nec sit polypus:aut rapax celeno.
Nummos exigat a cliente paucos
Subscribens precio leui libellos.
Nec lucrum petat inde:sed lucello
Contentus tenui paret fauorem
Maiorum sibi:pauperum:minorum.
Talis si fuerit repertus vsq̄
Qualem rusticulus canit libellus
Nostra hunc tempora diligent:probabunt:
Hunc & sæcula posteriq; dicent.

Hexasticon.



Gregius scribe & tenuem per-
fectus ad vnguem.
Esto bonus:prudens:im-
piger:assiduus
Arcani custos fidissimus:utilis vrbi:
Lucrum ingens nolit:parua lucella velit.
Sit comis sermone:stilo grauis:arte polytus:
Viuidus ingenio:viuidus & calamo.

Disticon.

Arcani custos:prudens:linguaq; politus
Et calamo facilis scriba erit eximius.

Rebus in aduersis vir prudens
 atq; secundis
 Perpetuum discet vitæ ser-
 uare tenorem.

Fortunæ in stabili nusq; confidet: acerbos
 Illius spernet vultus: spernetq; benignos.
 Inuictus duplicem librato examine lancem
 Pensabit: summumq; bonum laudabile quod sit
 Credet & a sancto nunq; disiunget honesto.
 Nulla libido virum franget: summumq; malorum
 Esse voluptates cordata mente monebit.
 Et quæ miratur vulgus virtute minora
 Ducens: toto animo metam spectabit ad illam
 Quam fixit zeno & diuini dogmatis auctor:
 Qui non expauit gelidas haurire cicutas
 De latore anyto morti damnatus iniquæ.
 Nec magis ad dextram flectet flecte tue sinistram.
 Certa sed infiget vestigia tramite recto.
 Idem culpabit quicquid mensura modusq;
 Non reget at fuerint si quæ moderata probabint.
 Hic vicia incusans personæ parcat. amicū
 Non petet ex mensa triuuii vinctaq; popina
 Non petet. ex lustris: sed qui præcepta Platonis
 Qui cata Aristotelis callebit dogmata: in illum
 Totus pronus: erit: illi sua gaudia curas
 Et studia & mores referabit: & omnia pandet.
 Atq; anima ex vna duo corpora viuere ducet.
 Semper idem velle huic & idem quoq; nolle placebit.
 In summa sapiens ad cuncta pericula fortis
 Eriget indomitam mentem: nulloq; premetur:
 Pondere: & a nullo raptatus turbine cedet.
 Instar idumæ palmæ: quæ munere diuum
 Quo magis opprimitur tanto magis exit in auras
 Aethereas victrix: & recto vertice surgit.

Epigramma ad petrum bonum Citharedum.

Iam cædat Thamyras:
iam Methymneus Arton:
Cædant threiciæ pleetra canora lyrae:
Cædat & amphio Dirceus: cædat olympo.
Et Timotei docta liniq; chelis.

Et cum Terpandro cædat crinitus ioppas:
Blandaq; chironis barbyta nubigenæ.

Cædat & archadicus deus: & patareus apollo
Et lyrici vates: Thespiadumq; chorus.

En Cytharedus adest æui noua gloria nostri.
Petrus cognomen ex bonitate trahens.

Hic celeri dulces percurrit pollice neruos
Et mouet artificii mobilitate manus.

Exprimit hic fidibus resonantia verba canoris:
Est testudo loquax huius in arbitrio.

Perstringunt acies oculorum & lumina fallunt
Petri docta manus articuloq; leues.

Hunc post fata volet summi regnator olympi:
Hunc volet infernus tartareusq; pater

O bone ter felix: qui post tua fata: tonantis.
Aut Iouis elysii qui cytharedus eris.

In cænâ datâ principi Bentiuolo a Mino rosco.

Muculli cænas sileat patinasq; vitelli:
Nec non Antoni prandia prisca fides.
Fercula pontifici nemo aut epulas saltorū
Iactet: & albanas cæsareasq; dapes.

Iam patina Esopi cædat: iam luxus Apici:
Et Ptolemeorum prodiga luxuries.

Iam sua campani taceant conuiuia: pœnus
Quæ sensit pœnis perniciofa suis.

Nec medi iactent reges siculicq; tyranni
Vana quæ sitos ambitione cibos.

Omnia iam cædant conuiuia: prandia: cænæ:
Quæ celebrant vates: fama; cantat anus:

Fercula sunt regum: sunt hæc ientacula diuum:
Hæc necat sapiunt pocula: & ambrosiam.

Hæc nitida: hæc dubia est: hæc est lautissima cæna

Quam gens dat genti Rofcia Bentiuolæ:

Iuppiter huic epulosi forte vocatus adesset:

Diceret: in cælis talia non habeo.

Quod veriores sūt imagines ex libris q̄ ex noīsmatis

M Il præstare queunt tibi fusa nomis-

mata plumbo:

Nullus hæst mutis

vsus imaginibus:

Nulla hinc vitilitas: nulla est mihi crede voluptas.

Vix oculos pascunt talia: non animum.

Quare age: cum fictis veras mutato figuras:

Et pro plumbosis accipe chartaceas.

Est scriptis viuax facies: & fortuna perennis

Magnorum regum nobiliumq; ducum:

Scriptis cæsarei proceres sanctiq; Catones

Scriptis Pompeius noscitur atq; Numa.

Hæ veræ effigies: hæc sunt simulachra virorum.

Hi spirant vultus: hæc monumeta vigent.

Id tibi scripta dabunt: quod nulla nomismata possūt.

Sic oculos poteris pascere: sic animum.

Epitaphium accipitris.

O Ccidit aeris proles pulcher-

rima gentis

Occidit accipitrum gloria:

splendor: honos

Vix dudum nido discesserat iste paterno.

Et vix maternos spreuerat esse cibos.

Iam formosus erat: iam fortis: & vnguibus vncis

Cæperat & rostro carpere cortis aues.

Sæpe columbini foetus: & picta coturnix

Passa sub accipitre est fata cruenta gemens.

Hic domini solamen erat: cura q; leuabat.

Hic domino lusus delicia q; dabat.

Confestim hic aderat primo clamore vocatus

Decq; manu domini norat inite dapes.

Proh dolor ecce iacet modo funere raptus acerbo:

Qui nec languoris signa pusilla dedit.

Nam subito occubuit: spectat dum feruida phœbi
Lumina: & apricus sub Ioue carpit iter.
Tu vero accipiter diri solatia fati
Hæc habe apud manes tartareasq; domos.
Quod tibi grata dolens dominus monumēta parauit.
Nec poteras tumulo nobiliore tegi.
Namq; iaces inter floresq; herbasq; videntes:
Imminet & busto Rosmaris tuo.

Laus equi cursoris.

GAedat Amicleus sonipes: &
cædat Arion:
Xanthus & hirpinus: qui me-
norantur equi.

Cædant Eumeli Alipedes: cædatq; podagres.

Atq; omnes quosquos rumor in astra vehit
Ocyor hic ceruis: voluctum penitior alis
Ocyor est ventis: fulmineaq; face.

Euolat ante omnes primus: longoq; senescens

Subsequitur spacio quisquis secundus erit:
It leuis: atq; pedum vestigia nulla relinquit.

Pulvere nec certas imprimit ille notas.
Non opus est stimulo: crebrisq; animare flagellis.

Sponte volat: calcar mitte: lupata tene.

At tu Bentiuole soboles clarissimas gentis!

Hannibal eximio viue superbus equo.

Qui tibi sæpe dabit pulchro in certamine palmam
Ornabitq; tuas fronde virente fores.

Philippi. Be. epi. ad magni. do. Iohã. Bentiuolum.

Qui pedibus volucres superabat
cursibus auras
Inter cornipedes gloria
barbaricos

Confectus longo iacet hic Ciuetonius æuo

Qui domino palmam sæpe parauit æquus.

Philippi Be. epi. Malatestæ Carbonesii.

Qui forma puerum
maronianum
Et phœbum superabat
& lyæum:

Qui forma poterat puer videri

Ideus fieri Iouis minister.
 De cuius manibus tonantis vxor
 Haussisset dea poculum libenter.
 Quem pallas cuperet libens maritum
 Pro quo iam cybele dedisset atym:
 Et mirihæ sobolem venus decoram:
 Omnes cui cuperent placere nuptæ:
 Omnis quem cuperet puella sponsum:
 Heu fata malatesta raptus atro
 Carbonesius hoc iacet sepulchro.
 Extinctus viridi miser iuuenta
 Lustris quatuor heu nephas peractis
 Hos cum versiculos leges viator
 Effulsis lachrymis genas rigato

Idem.

Qui formam cytherea venus
 charitesq; decorem
 Singula cui superi dona
 dedere dei

Hic situs est fato raptus mallatesta procaci
 Qui modum quinas implet olympiadas.
 Non aurum non forma valet nec flosculus æui
 Votaq; lanificas exuperare deas.
 Hunc genitor deflet: gens carbonesia leget.
 Hunc mcererent iuuenes: hunc pia turba senes.

Epithaphium Roberti Sanctoseuerinitatis.

Mil queroro superi lætum hoc:
 si occidit Hector
 Traiectus phithia pectora
 læua manu.

Sic duo scipiadae pereunt: quos hosticus ensis
 In tartessiacæ dat regione neci.
 Sic & Mace' lus cecidit: quem bella cientem
 Perforat hostili lancea torta manu.
 Hæc sunt fata ducum: pulchrū est cecidisse sub armis
 Mors bellatori conuenit ista viro.
 Sic ego sic cecidi sed non inglorius: orbem
 Implet fama mei nominis atq; polum.

Idem.

Quantus erat dextra pellides: Tullius ore:
Philirides herbis: phœbus apollo lyra.
Carmine meontides: ladas ped e: umine lynceus:
Viribus alcides: religione numa.
Tantus ego in bello fueram: mihi tota sub armis
Sub clypeo: galea: casside: vita fuit.
Me puerum maiors & me bello ^{tra} virago
Omnia perdocuit munera militiæ.
Quallis pelleus ductor libicusq; fuerunt
Romulidæq; duces talis & ipse fui.
Dum vult supremo duri certamine martis
Sors dare me pessum: sustulit ad superos.

Finis operis. Sequitur epigramma
Ascensii ad lectores.

Nunc Beroaldinas studiosi quærite merces
Lugdunum appulsa dexteritate noua
Vix rostra optatum pulsabant ærea portum
Cum pater e puppi talia Trechsel ait
Iam satis egregiam mecum nauastis opellam.
Dædali focit: stringite vela citi
Soluite vota deo lætiq; resumite vires
Cras vento & remis magna iteranda via est

Exaratum parthilii pro dionisio Ro
ce in vico beati iacobi incolentis
cuius edes diui martini yma
go per signat. Anno domi
ni millesimo quadringente
simo nonagesimono
no die vero duode
cima mensis
octobris.

969 7^e partie.

Bradwardin (Thomas).


Arithmetica. (Londr. 1498) in 4.


Doublé du 802A 3^e partie


Echange en 1845 avec la
Bibliothèque Nationale.





[Handwritten signature]

















haciendo pluviosos
Seo con un mont de
P...

en pluviosos
No

93
#

93

Im a

W

Delos

palacio

LEMO

R

Ch...



H







